

INDEX ALPHABETICVS

A.	
De obprobriandi iure.	no. 11.
Julio Senatu.	13.
Agonifantium e fabis.	18.
Athenis reb. utendi facult.	6.
Anagyria.	19.
Anti-hesi.	19.
Anatorisimo.	19.

C.	
De Camerati Senatu.	13.
Circumstantijs.	17.

D.	
De Difamacione.	15.
De invocacoe.	19.
De hactior pue.	ii. f. 19.

E.	
De Fabis agonifantium.	18.

F.	
De Familijs.	no. 4.
Familijs illustriū succelios.	5.
Facultate utendi reb. alienis.	6.

I.	
De Impij pp. Superioritate.	3.
Illud. Fam. succelios.	5.
iure Monetarū.	8.
— Sigillorū.	9.
— Rapide.	10.
— aggrahandi.	11.
Indicijs q. n. venm.	12.
iuram. Calumnijs.	19.

L.	
De Lege Regia.	2.
Lans falsijs.	7.

12

DISCURSUS
De
Supremis in Imperiò R. Judiciis,
AULICO
ET
CAMERALI,
in quibus ea inter se
vel differant vel conveniant.

AUCTORE
JOHANNE ANDREA *Berhard* / D.
S. Cæs. Pal. Com. Consil. Anhalt.



JENÆ, Typis & Sumtibus JOH. JAC. BAUHOFERI,
ANNO M. DC. LXIV,

13

DISCURSUS

Supremis in Imperio R. Iudicis

AULICO

ET

CAMERALI

in quibus ea inter se

vel differant vel conveniant

AUCTORE

IOHANNI ANDREA & GREGORIO D.

S. Cæs. Pal. Com. Consil. Aulicis



JENS. Typis & sumptibus IOH. IAC. BALTHOFERI
ANNO M. DC. LXXII



SERENISSIMO. CELSISSIMOQVE.
PRINCIPI. AC. DOMINO.

DN. JOHANNI.
PRINCIPI. ANHALTINO.
COMITI. ASCANIÆ.
DYNASTÆ. SERVESTÆ. BERENBURGI. JEVERÆ.
AC. KNIPHUSIÆ.

PIO. PACIFICO. FORTI. MAGNANIMO.
PATRIÆ. PATRI.
DOMINO. SUO. CLEMENTISSIMO.

HOS. DE. SUMMIS. IMPERII. R. JUDICIIS.
DISCURSUS. PUBLICOS.

DAT. DICAT. CONSECRAT.

IPSIUS. SERENISSIMÆ. CELSITUDINIS.

SUBJECTISSIMUS SERVUS.

JOHANNES. ANDREAS. GERSHARD. D.
SACRI. CÆSAREI. PALATII. COMES.

SERENISSIME PRINCEPS.

AScania Gens, uti Heroum gloriosissimorum factis orbi notissima est, ita origine vetustissima. Ducit namque eam ab Ascanâ, filiô

filio Gomeri, nepote Japeti, pronepote
Noæ, Patriarchæ; * custode sacri ignis,
hoc est, religionis & doctrinæ. TE, SE-
RENISIME PRINCEPS, ex hâc an-
tiquâ & maximâ Domô spiritum trahe-
re, uti nemini ignotum; ita, si vel ma-
ximè hoc non esset, divinæ tamen raræ-
que TUÆ virtutes ac ardens Religionis
zelus abundè id ostenderent. Certè Religi-
oni veræ ut innutritus divinâ providen-
tiâ es: ita eandem Principatus TIBI Tu-
us debet, tanquam Parenti atq; Auctori.
TU Civium Tuorum salutis anchora es,
TU subditorum Tuorum amor atq; de-
licium. Non ita pridem coràm exper-
tus ipse sum, quantum in TE virtutis,
quantumque prudentiæ & auctoritatis,

** Linn. lib. V. de I. P. cap. 3.*

CEL-

CELSISSIMĒ DOMINE, tantum
quoq; inesse Clementiæ, quâ ipsam pro-
ximē attingis divinitatem. Sed non lau-
dum Tuarum, **PRINCEPS**, agam præ-
conem, qui aut omnes dudum laudes es
supergressus, aut à felicioribus ingeniis
jamtūm consecutus. In me ipsum refle-
cto mentem, quem principali Tuâ gra-
tiâ, eâq; summâ ac singulari, complecti
non ita pridem cœpisti, absq; ullô meô
meritô, solūm ob spem fortè bonam. Non
enim ignotum **TIBI** fuit, quòd literis o-
mne tribuerim vitæ tempus, ac in id sem-
per intenderim nervos, ut, si non præstan-
tissimum, saltem non degenerem ac indi-
gnum, **PATRIÆ** darem Civem. Ob hoc
unicum, puto, gratiâ Tuâ, **PRINCEPS**
IN-

INDULGENTISSIME, dignum me ju-
dicâsti, pro innatô Tuô erga omnes lite-
ratos amore. Sed hanc ipsam gratiam in-
genti obsignâsti munificentîâ, proprias
Tuas exercens in me virtutes, Clemen-
tiam ac liberalitatem. Quibus cùm dignas
referre gratias non sufficiam, piô illas, pa-
ce Tuâ, **SERENISSIME PRINCEPS**,
filentiô venerabor. Id solùm dicam, non
obligâsti Tibi, **DOMINE**, me ijs ipsis, sed
mancipâsti. Tua jàm omnia, quæ possi-
deo, & si nondum sunt, jàm consecro. Of-
fero **TIBI, PRINCEPS**, hîc pignus, quô
me **TIBI** jàm antè mancipatum arctius
obstringo. Accipe ingenuæ devotionis
munus. Tolle, **DOMINE**, libellum sup-
pliciter ad pedes Tuos devolutum, sacra
manu,

manu, fronte serenâ; Et concede, ut in
Clementiâ Tuâ ac gratiâ securus vitam
transigam, fidemq; TIBI meam probare
perpetuò possum ac dexteritatem. Id uti
voveo ac spero, ita submissè expeto. Voti
omnis compos ero, si DEUM habuero
clementem semper, ac PRINCIPEM
meum. Vale PRINCIPUM OPTUME,
& maximo Civium Tuorum solatio, diu-
tissimè vive. Concedat TIBI Divinum
Numen, SERENISSIME PRINCEPS,
felix regimen, tranquillitatem, pacem, pe-
rennantem fortunam, & non nisi cum or-
be finiendâ Posteritatis felicitatem. Ser-
vet Deus Serenissimam Conjugem, Na-
tosq; Illustrissimos, spes Civium ac Sub-
ditorum unicas, Soles post orituros.

Dat. JENÆ 9. Cal. Novembr. A. O. R. M DC LXIV.





INTROITUS.

§. I.

REi Romanæ conservationem in sincerâ inter Imperatorem & Principes confidentiâ consistere, mutuâque inter Constatus concordia, nemo, opinor, negabit. Ea verò Imperii felicitas vix aliâ obtinetur viâ, quàm si justitia in Imperiò legitimè ubique administratur, hoc est, si quod legibus publicis, quod jure cuique & Constitutionibus Imperii debetur, id eidem per sententiam ejusque executionem tribuitur aut relinquitur. *Vid. Ordn. des Cammerg. zu Worms de anno 1495. in proxm. ibi. Und nach dem derselbe (gemeine Land-Fried) ohne redlich / erbar / und fürderlich Recht schwerlich in Wesen bestehen mag. 10.*

§. II. Dantur autem Imperio jura & in Aulâ Cæsaris & in Imperii Camera. Ibi enim lites & controversiæ inter Imperii Cives, nomine Augustissimi Imperatoris, secundum Constitutiones publicas, Legesque universalibus his Judiciis peculiariter præscriptas, vel longâ observatione stylôque judiciali receptas, legitimè ac solenniter disceptantur ac deciduntur.

§. III. Et quod Camera Imperialè attinet, in Recessu Imperii novissimò de an. 1654. collapsa ferè & deformata prorsus justitiæ facies, per Imp. ac Imperii Proceres, pristino suo decori restituta fuit, & à ducentis fe-

A

re an.

re annis irrepti defectus, quantum fieri potuit, sublatis; secundum exemplum peritorum Medicorum, qui in gravissimis morbis, qui altos egerunt radices, tardò incedunt pede, lentisque utuntur remediis, ne malum benè positum intempestivè moveatur. Cessant igitur hodiè veteres litigantium querimonix de litium in Camera immortalitate. Omne siquidem, quod processui causarum remoram injicere, eumve extendere visum fuit, saluberrimè per dictum Recessum abrogatum est aut mutatum.

§. IV. Quamvis autem ea, quæ in punctò justitiæ in dictò Recessu de annò 1654. constituta sunt, principaliter Camera concernant Imperii, nihilo tamen minus non solùm quædam etiam ad Judicium Aulicum expressè ibi extenduntur, uti apparet ex §. Was dann Churfürsten. 168. Sed & Divus Ferdinandus III. Roman. Imper. cum Status Imperii in præteritis Comitibus 1654. Communicationem renovatæ Ordinationis Consilii Aulici (*der verneuerten Reichs-Hoffraths-Ordnung*) submississimè peterent, aperte ipsis declaravit, quod ea non solùm secundum Ordinationem Cameralem, constitutiones Imperii & Instrumentum Pacis sit composita, sed & omne id, quod in istis Comitibus in punctò justitiæ de novò sit constitutum, in eâ observatum sit. *Autor der Gründese des Heilig. Röm. Reichs / part. III. cap. 5. §. Es hat zwar.*

§. V. De iis igitur, quæ in augustis his duobus Summi Principis Consistoriis, Aulico & Camerali, ratione causarum, quæ in illis tractantur; ratione personarum, quibus ea judicunt; ratione modi procedendi, qui in iis observatur; ratione item eorum, per quos justitia ibi administratur; sunt constituta & hoc tempore in usu sunt.

3

sunt, iam brevibus cum DEO agere, mecum consti-
tui. Patebit inde, quæ sit inter hæc summa Imperii
Prætoria convenientia, quæ differentia? Ingenue fa-
teor, me in brevi istò temporis spatio, quò, peregrina-
tione per Galliam, Angliam & Belgium ad finem per-
ductâ, in istis locis, ubi illustrissima hæc consilia ha-
bentur, versatus sum, paucissima, nedum omnia, ob-
servasse aut observare potuisse. nec dubito, quin in-
terdum errores sim commissurus. æquus tamen lector
omnia bene interpretabitur, imprimis etiam hoc,
quod, cum hæc duo suprema Tribunalia æqualem in
Imperiò autoritatem & in plurimis concurrentem ha-
beant jurisdictionem, modò huic istud, modò isti hoc,
hinc inde præposuerim, & optimum in omni præce-
dentæ lite ordinem observaverim, qui est, nullum
ordinem observare.

Præliminaria.

I.

De


Origine, Institutione, atque denominatione

Consilii Imperatoris Aulici,

Nec non

Camæræ Imperialis.

§. I.

 Ntequam ipsum Discursum primum,
qui de jurisdictione horum iudiciorum tractabit,
inchoemus, pauca de origine, institutione at-
que denominatione eorum præmittenda sunt,
itemque ordinationibus iis præscriptis. Originem Au-
gusti Consilii Cæsaris Aulici referunt quidam ad Fer-

A 2

dinan-

dinandi l. tempora, alii ad *alius* Imperatoris ætatem propinquiorem. Nos eam Camera institutione longè antiquiorem, imò ad *antiquissima tempora* referendam esse putamus; nec enim dubium est, Imperatores Romanos à longissimò, imò immemoriali tempore tale Consilium in Aulâ semper habuisse, in quò causæ civium Imperii fuerint disceptatæ & agitatz. Et hoc expressè innuit Divus Ferdinandus III. *in prefat. der verneuertem Reichs = Hoffraths = Ordnung.* ibi: *Wie wir befunden / Unsre löblichen Vorfahren am Reich / sich guter Ordnung von Uralters her beflissen / und hierzu / damit solchen Ihrem Obligen allenthalben desto statlicher vorgesehen werde / Ihren Reichs = Hoffrath / so selbige / zu Befürderung und Vollziehung der werten Gerechtigkeit und Regiments im Römischen Reich / von unfürdenflichen Jahren erhalten / wie auch folgendes dero Kayserl. Cammer und andere Gerichts = Mittel aufgerichtet haben.* Sic extat Constitutio Friderici II. Imper. anno 1236. promulgata, in qua sancitum, daß der Hoff = Richter (Judex Aulicus, hodiè Præses Judicii Aulici) alle Tage soll zu Bericht sitzen, *apud Goldastum Constit. & Rescript. Imp. Tom. I. pag. 84.* Et si cui Historias evolvere placebit, innumeras hujusmodi antiquissimorum Imp. Rom. inveniet constitutiones, ex quib9 Judicii Aulici longævitas patebit.

§. II. *Consilium* appellatur, nomine multis Consistoriis communi, specialiter verò ex hâc ratione, quia illustres Consilarii Aulici sæpius in causis arduis & maximi momenti, sententiam non concipiunt, sed tantum *Votum aut Consilium, ein Gutachten* / quod Imperatori per Vice = Cancellarium Imperii offerri curant. *R. S. O. Tit. 5. §. Wo aber die Stimmen.* qui in secretiori

5
tiori suo Consistorio (adhibitis simul in consilium
Domino Præsidente atque Re- & Correferentibus) su-
per eò deliberationem instituere solet. *Judicium* ta-
men quoque appellatur tam in publicis Constitutio-
nibus, quam à probatis Scriptoribus. *V. Instr. Pac. art. V.*
S. 54. ibi: etiam in Judicio Aulicò. R. S. D. Tit. 2. in pr.
ibi: für unser Kayserl. Gerichte. Item tit. 5. S. Es solien
arch. ibi in fine: Diesem unserm höchsten Gerichte und
Tribunali. Adeoque nec nobis improbabitur, quòd
promiscuè modò Consilium, modò Judicium, Senatum
hunc Aulicum appellemus.

§. III. *Aulicum* verò Consilium hoc dicitur,
Der Kayserl. Hof = Rath / Das Kayserl. Hof = Gerichte /
quia Imperatoris Aulam ferè sequitur, & regulariter
eodem locò habetur, quò Imperator Aulam suam con-
fert. *R. S. O. Tit. 1. S. alle diese. verb. und unsern Kayß.*
Hofie und alle Zeit/welcher Orthen derselbige gehalten
wird nachfolgen. Hoc tamen præcisè necessarium
non est, sed in Cæsaris arbitriò consistit, an Senatum
Aulicum secum ducere velit, an in aliò locò illum re-
linquere. Sic quoties Augustissimus Imperator Roma-
no - Germanicus tanquam Rex Hungariæ Pofonium
ad Comitia provincialia profectus est, semper hacten-
us excelsum Consilium Aulicum Vienna perstitit.
Sic anno 1645. cum Divus Ferdinandus III. Imperator
ex Superiore Austria in Bohemiam discederet, aulam-
que suam Praga constitueret, Consilium Imperiale-
Aulicum Lincii permansit, ibique Processus omnes ex-
pediti, ac Pragam Cæsari ad subscribendum missi
sunt. Sic cum idem laudatissimæ memoriæ Impera-
tor cum Filiò Ferdinandò IV. Anno 1654. Ratisponâ Au-
gustam Vindelicorum ad Actum Electionis Regis Roma-

norum proficisceretur, Senatus tamen Aulicus *Rati-*
pona substitit, ibique sessiones & expeditiones conti-
 nuavit. Sic & aliquando Imperatoris Aula *Lincii* fuit,
 in Superiore *Auftriâ*, Consilium verò Aulicum *Ovilia*
 seu *Welsa*, civitate tribus milliaribus inde distante. Ex
 quibus exemplis (quorum plura adduci possent) patet,
 quòd Consilium Imperiale Aulicum non semper Au-
 lam Imperatoris sequatur, sed sæpiùs Aula Cæsaris in
 aliò locò, & Senatus Aulicus in aliò, non tamen lon-
 gè ab eà distante, habeatur. In quocunque tamen
 Consilium Aulicum consistat locò, nihilominus in
 Citationibus Cæsareis, quæ inde procedunt, locus
 iste non adponitur, sed omnes Citationes *ad Aulam*
 fiunt *Imperatoris*, hisce formalibus: selbst oder durch
 einen genugsam bevollmächtigten Anwalt an unsern
 Kayserlichen Hof / was Enden derselbe alsdann seyn
 wird / erscheinet / &c. Atque in hoc differunt à Citati-
 onibus Cameralibus, in quibus (quemadmodum in om-
 nibus judiciis quoque obtinet) locus iudicii adpo-
 nendus & denominandus est.

§. IV. Judicium hoc Imperatoris Aulicum
 nuncupatur quoq; *Consilium Imperii*, *Reichs-Hof-Rath*.
 ratione *causarum*, quæ sibi tractantur & deciduntur,
 quæ tam Imperii Principes, quàm Imperium ipsum
 concernunt. *R. H. D. tit. 2. in pr.* ibi: alle und jede Sa-
 chen / das Heil. Römische Reich / desselben Hocheit /
 Recht / Herrligkeit &c. Unde etiam Cancellaria hujus
 iudicii, die *Reichs-Hof-Cankley* / Archiepiscopo Mo-
 guntino, ut Imperii Archi-Cancellario, juramentò
 obstringitur. Non ratione *causa efficientis*, quæ non
 Imperium, sed Imperator solus. *d. R. H. D. tit. 1. in pr.*
 verb. Unser Kayserlicher Reichs-Hof-Rath / dessen
 obristes

7
obristes Haupt und Richter allein Wir. & vers. Und
weisen dann allein Uns als Römischen Kayser zc. So-
lus enim Imperator huic iudicio Consiliarios idoneos,
& hodiè quidem, secundùm Capitulationem, ex utra-
que Religione, tam Evangelicâ quàm Catholicâ, eli-
git, ipsisque solus salarium confert. *de quibus infra.*

§. V. Hactenus de *Consilii Aulici* denominatio-
ne atque origine. Jàm pauca quoque de *Illustri Judi-
ciò Camerali*. Cùm nimirùm in *Camera* seu *Conclavi* ju-
dicia plurima (quædam enim sub dio habentur) insti-
tuantur, ab adjunctò loci *Camera* nomen quibusdam
inditum videmus. Hinc vulgariter & ille ipse locus,
in quò iudicium Imperiale exercetur, *Camera* dicitur
Imperialis, *die Cammer* / *die Kayserliche Cammer*. Prop-
riè v. voce eâ illud ipsum iudicium in Imperiò Roma-
nò summum denotatur, quod inde *Cameralè* quoq; *judi-
cium* dicitur, *das Cammer* & *Gericht* / item *Imperii Ca-
mera*, quia causa Imperii civium ibi disceptantur. Et
in hâc acceptione, quam usus probat abunde, nos quo-
que hîc ubique eò vocabulò utimur. Aliter vox ea
accipitur, quando ararium Imperii *Camera* dicitur *Im-
perialis*, quicquid nimirùm ad commodum Imperii pe-
cuniarium pertinet, ut ait *Bartolus in Rubricâ Cod. de ju-
re Fisci n. 7. Einfommen* / *so dem Reich zustendig*. ubi o-
biter notamus, aliam esse *Cameram Imperialem*, hòc mo-
dò acceptam, aliam *Cameram Imperatoris*. *Camera*
Imperialis, uti jàm dictum, est *ararium Imperii*; *Cam-
era Imperatoris* est *pecunia Principis*, quicquid ad patri-
monium Imperatoris spectat. *Bart. d. n. 7. Kayserliche*
Cammer & *Güter* / *so dem Kayser allein zugehören.*

§. VI. Autorem Judicii Cameralis communi-
ter dicunt *Maximilianum I. Regem Romanorum gloriosis-
simum,*

sum, qui illud communi Statuum consilio in Comitibus Wormatiensibus anno 1495. formaliter instituit, ut esset universale totius Imperii Germanico-Romani iudicium, commune Civium per fugium atque extremum juris asyllum, **Das Oberst und letzte Gericht. R. A. zu Augspurg / 1530. s. Dieweil nun unser. Locu ipsi tum assignatus fuit Francofurtum ad Moenum, ubi dicto anno 1495. d. 3. Nov. prima judicialis audientia celebrata, sive, ut Gailius loquitur, primum Consistorium publicum habitum est. lib. 2. de Pac. publ. cap. 1. n. 28. Et anno 1496. d. 26. Febr. omnium prima sententia Banni Imperialis ibi pronuntiata, referente eodem Gailio d. cap. 1. n. 29. Quanquam fatendum sit, Camerale iudicium non primitus in dictis Comitibus initium sumisse, sed longe ante quoque ejusmodi iudicium Germaniae generale, sub hoc eodem nomine **des Cammer Gericht** / extitisse. teste *Limnao Lib. 9. de Jure Publ. cap. 4. n. 26.* Sed id non temper tunc paruit, sed certis tantummodo temporibus, plerumque in Comitibus, fuit institutum, nec adeo certam habuit formam, quam accepit demum a Maximiliano I. qui certum ipsi assignavit locum, certas ipsi Leges dedit, certasque ad id destinatas & idoneas constituit personas. **Ordn. der Röm. Königl. Mayst. Cammer = Gericht. zu Wormbs de anno 1495.****

§. VII. Patet ex jam dictis facile ratio atque causa, ob quam Maximilianus I. ejusmodi iudicium instituerit, certo loco continuoque tempore habendum. Cum enim litigantes olim non sine magnis impedimentis jacturâque rei familiaris, Imperatorem ejusque Aulicum iudicium, **Hof = Burg = und Land = Gericht** / pro impetrandâ justitiâ sequi tenerentur, aut tempus expectare

are Comitiorum, in quibus ejusmodi iudicium Camerale institui solebat, uti §. *preced. diximus*; de eoque Imperii Ordines sæpius conquesti essent, laudatissimus Romanorum Rex Maximilianus I. è re simul subditorum & Imperii esse existimavit, certò locò Imperiale Prætorium, sub *Camera* nomine, instituire, in quò vice Cæsareæ Majestatis atque Imperii, de causis Statuum & subditorum continuò tempore cognosceretur.

§. IIX. Ambulatorium tamen adhuc tùm temporis fuit, & vix per annum cum dimidiò Francofurti constitit, cùm *Wormatiam* vocatum, ubi d. 31. Maji anno 1497. sententias primùm esse publicatas, ex sententiis Barthii patet. abinde *Noribergam* migravit anno 1501. & hinc *Ratisponam* anno 1504. rursus *Wormatiam* anno 1511. & *Noribergam* anno 1521. posthac *Eslingam* anno 1524. ac tandem *Spiram* anno 1527. Nec enim constantem à conventionem Cæsaris & Statuum sedem tùm habuit, sed in genere tautùm conclusum fuit, ut locò haberetur *commodò, im Reich/ in einer füglich Stadt. C. S. O. zu Wormbs 1495. Tit. Wo das Cammer p Gerichte gehalten werden solle.* Et quamvis ipse Maximil., statim cogitavit, constantem fixumque Camera constituere locum; id tamen effectui dare non potuit, sed demum in Comitii Augustanis 1530. communi Cæsaris ac Ordinum consiliò ordinatum, ut Camera Imperialis sedes quasi propria *Spira* sit, ubi nunc est *perpetuum justitiæ Templum*, in quo Summi Ejus Sacerdotes quotidie ipsi faciunt sacra, & quasi ex Oraculò Civibus Romano Germanis jura docent ac imperant. Nec *Spirâ aliò transferri potest, nisi Cæsari ac Principibus Germanis ex gravibus ac prægnantibus causis ita vi-*

B

sum

16
sum fuerit. R. A. zu Augspurg de anno 1530. §. Darzu
meynen und wollen wir. 83. ibi : Daß nun hinfürter
unser Cammer - Gericht / aus obangezeigten Ursa-
chen / stätigs zu Speyer bleiblich seyn / und gehalten /
und sonst nirgends anders wohin verändert werden
soll / es beschehe dann mit unserm / auch Churfürsten /
Fürsten und Stände Wissen und Willen. *Ad. C. G. D.*
part. 2. tit. 34. ubi idem sancitum & confirmatum.

§. IX. Et quamvis in novissimis universalibus
Germaniæ Conventibus, *Monasterii 1648. & Ratispo-
na 1654. habitis*, de Camera translatione in alium Im-
perii locum securiorem deliberatum fuerit, nondum
tamen ea res decisa. R. A. de anno 1654. §. als auch bey
den allgemeinen. 167. ibi: So befinden Wir / und mit
uns Chur - Fürsten und Stände nach reiffer wohlbe-
dächtlicher Überleg - und Beratschlagung der Sachen/
berührte Translation noch zur Zeit nicht thunlich.

§. X. *Ad tempus* tamen Camera Imperialis in
alium transferri locum potest, si serenissimus Domi-
nus Judex & Assessores ob bellicos tumultus aut in-
gruentem contagiosam labem, necessarium id aestima-
verint, atque Imperatoris accesserit venia atque con-
sensus. *C. G. D. part. 2. tit. 34. R. A. de anno 1570. §.*
Dieweil dann auch. 103. ibi: Daß Cammer - Richter
und Besizer / da die solche Translation fürzunehmen
bedacht / uns dasselbig zettlich zuschreiben sollen.

II.

De

Ordinationibus

Camerae Imperiali atque Judicio Aulico

præscriptis.

§. I. Ut

§. I.

T quælibet benè constituta Judicia, ita & hæc duo suprema suas habent ordinationes & Leges, secundum quas lites & controversiæ legitimè in iudicium introducuntur, disceptantur, ac deciduntur.

§. II. Sacrum Imperialis Cameræ Judicium tot benè obtinuit Ordinationes, quot Orbis Romano-Germanicus vidit Comitiam. Primum, ut communiter evenire solet, ordinationes ei præscriptæ fuerunt breviores; sed illæ subsequentibus temporibus in Comitiam semper fuerunt extensæ, & aliis superadditis Sanctionibus auctæ. Omnium optima & perfectissima est, quæ ex antiquioribus Ordinationibus ab anno 1495. usque ad annum 1546. publicatis, anno 1548. primum composita atque à laudatissimo Cæsare *Carolo V. anno 1555.* in Comitiam Augustanis promulgata est. & hæc etiam ab Autoribus communiter & secundum excellentiam allegatur; hujus quoque solius in Capitulatione augustissimi moderni Imperatoris *Leopoldi art. 38.* fit mentio.

§. III. Postquam autem ea per subsequentes Imperii Constitutiones, Recessus Deputationum, Senatus Consulto Cameralia sive Communia Decreta (*Gemeine Bescheide*) & alias sanctiones noviores, multis in locis correctæ, declarata ad auctaq; esset, *Imp. Rudolphus II.* communi Procerum consilio Judici atq; Adessoribus Cameralibus anno 1598. injunxit, ut ex suorum numero quosdam seligerent, ex utrâque religione pares, qui dictam Ordinationem singulari curâ reviderent ac materias in Constitutionibus Imperii aliisque sanctionibus sparsim existentes in loca congrua

12
grua congererent, unoq; volumine complecterentur.
Hoc opus, cum ad finem ex voto esset deductum,
Conceptum appellarunt *renovata Ordinationis Cameralis*,
vulgò *Cammer - Concept*, atque Electori Moguntino
transmiserunt, qui in Comitiiis anno 1603. illud matu-
ro Statuum Imperii subjecit iudicio.

§. IV. Sed cum tam in his quam in proximis
subsecutis Comitiiis de anno 1613. ejus publicatio im-
pediretur, nec in subsequentibus Comitiiis hæc de re
aliquid actum, ac interea temporis dictum Conce-
ptum Ordinationis tum per publicas Constitutiones,
cum primis per Recessum Imperii de anno 1654. tum
per recentiora Decreta Communia Cameralia, in
multis locis correctum, mutatum aut etiam profus
abrogatum esset, placuit Ordinibus Germaniæ *in diætâ
Ratisponensi 1654.* ut illud in futurâ visitatione Camere
per Dn. Visitatores, ad miniculô Assessorum & Procu-
ratorum primariorum, revideretur ac emendaretur,
totumque opus ita præparetur, quò *in proximis* (mo-
dernis) Comitiiis tandem ad perfectionem venire possit.
N. A. de anno 1654. S. das anno 1613. begriffnes. 134.

§. V. Postquam autem illa visitatio nondum in-
stituta, nec revisio ac emendatio sæpè dicti Concepti
facta, ejus ratificationem ac promulgationem in his
Comitiiis sperare vix possumus.

§. VI. Interea manum operi admovit *Nobilis-
simus Vir, Dominus Jacobus Blume, J. V. D. Amicus meus
honoratissimus*, atque laudandò studiò atque insigni la-
bore Conceptum hoc Ordinationis revidit, irrepta in
priora Exemplaria, imprimis in marginalibus, errata
innumera typographica emendavit, loca parallela, ubi
opus, addidit, textus authenticos ex Recessibus ac
Memo-

13

Memorialibus Visitationum, ut & Camerae Consultis, hinc inde allegatos singulis locis contiguo adjecit, & ubique commodè annotavit, quicquid per recentiores Recessus & Decreta Cameralia ab anno 1613. ad hunc usque diem mutatum, correctum, confirmatum, declaratum aut penitus abrogatum est; hocque Opus clementissimo *Electoris Moguntini* consensu & privilegio publici juris fecit.

§. VII. Non ita pridem à quòdam *querebatur*, cum hoc sub incudem de novò revocatum Conceptum Ordinationis Cameralis nullam vim sanctionis pragmaticæ adhuc habeat, & maximè dubium sit, an id Imperator & Principes Germani sint confirmaturi, efficaciter illud possit allegari? Non sine utilitate illud legi eique fidem maximam haberi posse, nemo dubitabit. Nam ubique expressa verba Constitutionum ac Recessuum, ut & Decretorum Communium, à Judice & Adfessoribus Camerae promulgatorum, (quibus ratione processûs judiciarii aliquid mutandi aut de novò constituendi potestas est. *C. B. D. part. 2. tit. ult. X. A. de anno 1654. §. diesem nachst. 34. verb. dem arbitrio judicis.*) habentur. Quin & in ordine materialium vix aliquid desiderari poterit, adeò ut dubium sit, an Imperii Proceres aliquid amplius, quàm in novissimâ editione factum, addituri aut correcturi sint.

§. IIX. Hactenus de Ordinatione Camerali. Jam de Ordinatione Consilii Aulici. Quamvis etenim non solum in Recessu Imperii novissimò *de anno 1654. §. Es sollen auch. 137.* sancitum, ut juxta normam Cameralis Ordinationis Processus Judiciarius per totum Imperium in omnibus Judiciis inferioribus, in quantum cujusque loci consuetudo id permetteret,

institueretur; sed & per *Instrum. Pac. Casareo-Suecicum* art. V. §. 54. expressè constitutum sit, ut in ipsò quoque *Judicio Aulicò* per omnia Ordinatio Cameralis servaretur, nihilominus tamen Aulicum Judicium præter jam memoratam Ordinationem Cameralem, quam in plurimis sequitur (*R. H. D. tit. 2. §. So wollen wir auch. ibi: auch so viel möglich / desselben unsers Keyserl. Cammer- & Gerichts Ordnung / und in allen Sachen gewöhnlichen process, Termin und Solenniteten gebrauchen und observiren*) peculiarem Ordinationem ab Imperatoribus præscriptam habet, quam Divus *Ferdinandus III. Rom. Imp. anno 1654.* renovavit ac *Ratisponæ publici fecit juris.*

§. IX. Hujus communicationem licet Status Imperii (zu gehöriger Durchsetzung und Beybringung Ihrer Erinnerungen) à Cæsareâ Majestate petierint, ea tamen unâ cum aliis gravissimis materiis usq; ad prorogata (moderna) Comitia in suspensò relicta. Interim in *novissimâ Capitulatione Leopoldinâ art. 41.* invictissimus modernus Imperator ad observandam hanc renovatam Ordinationem juramentò respectivè se obligavit, (adeòque ea jam tacitè ab Electoribus approbata.) *ibi: Wir wollen auch die neu aufgesetzte und von unsern Vorfahren / glortwürdigsten Vindictens / approbirte Reichs- Hof- Raths- Ordnung (es sey dann / daß bey künfftigen Reichs- Tag ein anders verordnet werde) fest halten lassen.*

§. X. Et hinc etiam illustres Domini Consilarii Cæsarei in omnibus huic Ordinationi in hærent, & strictè eam (ipsis id fatentibus) observant. ideòque cò magis ac confidentiùs nos illam, ad confirmanda ea, quæ in sequentibus dicemus, poterimus allegare.

DIS.

DISCURSUS PRIMUS

De

Jurisdictione

Supremorum in Imperio Romano Judiciorum,
Aulici & Cameralis,
concurrente;

Aliisque ad eam materiam pertinentibus.

CAPUT I.

De

Jurisdictione in genere,

Qualis

Supremis in Imperio Romano Judiciis,
Aulico & Camerali,
competat.

§. I.

Cum Respublica secundum Politicos sit ordo imperantium & parentium, oportet esse certam formam, à qua denominentur imperantes; illa est potestas publica imperandi vel regendi. Potestas ea publica vel *summa* est vel *dependens*. *Summa*, quæ penes eum, qui cum summò Imperiò est, residet; *dependens*, quæ ab eò, qui summum Imperium habet, derivatur in alios. Potestas dependens potissimum versatur circa causas, de quibus in iudiciò controvertitur. Hæc potestas in iure Romanò duobus actibus constat & exercetur. *iussione & coercitione*; Illa *jurisdictio* dicitur, hæc *Imperium*. *Jurisdictio* (quæ aliis dicitur *jurisdictio simplex*, sive, in specie

Specie ſe dicta) eſt poteſtas in cauſis civilibus (ut opponuntur criminalibus) jubendi, jure magiſtratûs competentis. *Imperium* eſt poteſtas publica in cauſis forenſibus (ut comprehendant & criminales) jubendi & coercendi; (& hoc aliis dicitur *jurisdictio in genere*, quanquam male, quia jurisdictio in jure Civili non ita generaliter ſumitur.) *Imperium* eſt vel merum vel mixtum. *Merum* eſt poteſtas publica in cauſis criminalibus coercendi, jure ſpeciali competens; & hoc ab aliis appellatur *jurisdictio criminalis*. *Mixtum* eſt poteſtas publica in cauſis civilibus jubendi & coercendi, jure magiſtratûs competentis; & id aliis dicitur *jurisdictio civilis*.

§. II. Imperii Camera jurisditionem *civilem* habet, non *criminales*, quod notiſſimum, Eſt enim judicium civile, quale *Conſilium Aulicum* quoque. Cauſæ ſiquidem criminales, *Peinliche Sachen/die Leib Straffe auf Ihnen fragen. C. B. D. part 2. tit. 28. §. It. nach dem.* quibus nimirum agitur ad poenam corporalem, neque in primâ neque in ſecundâ instantiâ in his ſupremis Judiciis locum habent. *C. B. D. cit. loc. R. U. de anno 1530. §. Item als iſt etliche Zeit.* Excipiuntur (1.) cauſæ fractæ pacis. (2.) Delicta Fiſcalia, (3.) Si cauſa criminalis ex capite nullitatis principaliter & ſeorsim deductæ ad Camera vel Judicium Aulicum devolvatur. *Mynſ. obſervat. cent. 4. obſerv. 42.* (4.) Si non de crimine principaliter, ſed de competentîâ judicis diſputetur. (5.) Si dubitetur, an cauſa ſit criminalis. Sed an horum judiciorum jurisdictio *ordinaria* ſit, an delegata? major dubitatio eſt. *Camera* putamus *Ordinariam*, cum jurisdictio hæc fundata ſit in perpetuâ Imperii Lege, *Ordinatione*, quæ ab Imperatore & Ordinibus, Camera eſt præſcripta. *Jurisdictio*

dictio autem à Lege concessa, est ordinaria. *juxta omnium Dd. sententiam.* Deinde Imperator causas in Camera pendentes non potest avocare, *uti demonstrabimus infra Cap. 3. §. 7.* quod etiam est nota jurisdictionis ordinariæ. Denique delegata per mortem superioris constituentis expirat. *Gilhaus. arbor. judic. part. 1. cap. 1. §. 7. n. 44.* Jurisdictio autem Camerae cum obitu Imperatoris non expiret, id ipsum argumento est, eam non esse delegatam, sed ordinariam. Ita post obitum *Divi Ferdinandi III. Imperatoris*, tempore interregni, Camerale Collegium munus suum in justitiæ administratione constanter peregit, audientias celebrando, processusque decernendo. eorum tantum expeditio in Cancellariâ tamdiu in suspensio esse debuit, donec sigillum, cui Serenissimorum Vicariorum Insignia impressa, eò translatum fuit, sub quorum nomine & sigillò ii processus postea fuerunt expediti.

§. III. Ais : ordinariam & propriam obtinens jurisdictionem, eam proprio, non alieno exercet nomine. *arg. l. 3. ff. de offic. eius cui mand. est jurisd.* Camera autem, quæcunque agit, titulo & sigillò Caesaris peragit, *uti infra in Diss. seq. latius demonstrabimus.* Respondet Camera ordinariam quidem jurisdictionem habet, sed minus principalem, dependentem, vicariam. Summum enim Principem repræsentat Camera, & vice ejus judicat. *Myns. cent. 4. obs. 5.* Vicarius non proprio, sed ejus nomine gerit, cujus vices obtinet. *Wesemb. parat. in C. de offic. Vic. n. 1.* Vicarium tamen generaliter constitutum, propriam habere jurisdictionem, statuunt Jurisperitissimi. *Scip. Gentil. lib. 2. cap. 9. Menoch. 2. presunt. 14. num. 3.* Sic præfectus prætorio ordinariâ olim gaudebat jurisdictione, & vice tamen sacrâ,

C

hoc

hoc est, Imperatoris (ut Cassiodorus lib. 6. epistol. loquitur) judicare dicebatur. Camera igitur jurisdictio licet vicaria sit atque dependens, ordinaria tamen.

§. IV. Aliter comparatum est cum jurisdictio-
ne *Judicii Aulici*, ea enim sede Imperatoriâ vacante
quiescit. Defunctô Cæsare statim Acta omnia à Re-
gistratore obsignantur & asservantur, ac tamdiu in
suspensô manent. Intereâ autem quilibet Vicarius
in terris Imperii sibi assignatis *judicium Vicariatûs* con-
stituit; quorum judiciorum Acta finitô interregnô ad
Aulam Electi Imperatoris transmittuntur. Atque
hæc cum ita obtineant, patescit, quòd Consilii Aulici
jurisdictio *delegata* tantùm, non *ordinaria* sit, qualem
Imperii habet Camera. *uti in §. antec. demonstratum.*

§. V. Sed cum in Aulâ Cæsaris integer penè
causarum Processus sæpius Comissariis delegari soleat,
cuidam exinde videri posset, Senatû Aulicû ordi-
nariam habere jurisditionem, non delegatam. Sed
respondemus: quamvis ejusmodi Commissiones in Con-
siliô Aulicô decernantur, non tamen Senatus intelli-
gitur processum causarum delegare, sed ipse Cæsar,
qui Commissarios constituit, iisq; potestatem tribuit,
ut in causâ cognitione procedere possint usque ad sen-
tentiam. Camerale judicium, quamvis ordinariam
jurisdictionem habeat, uti suprâ probavimus, inte-
grum tamen causarum processum delegare non solet;
nec etiam potest, cum personarum qualitas & indu-
stria sit electa. *L. G. D. part. 1. tit. 3.* hinc omnimoda
causâ delegatio fieri ibi non potest, sed tantùm quo-
rundam Actuum judicii particularium, qui aliàs per
subsidium juris fiunt, quales sunt: *testium examinatio-
nes, instrumentorum transumptiones, inspectiones locorum*
ocula-

19
oculares &c. Adeoque bene differunt Commissiones Ca-
merales à Commissionibus Cæsareis, zu Verhör der Sa-
chen, de quibus in Disc. seq. cap. 2. §. 9.

CAPUT II.

De Concurrentiâ jurisdictionis, Consilii Cæsaris Aulici

Camera Imperialis.

§. I.

Dudum anxie disputarunt Publici Juris Do-
ctores de quæstione: *An hac duo suprema in Im-
perio Romano iudicia, Camerale & Aulicum, con-
currentem habeant jurisdictionem? sive, ut pau-
lo explicatiùs statum controversiæ cum Limnao forme-
mus: An causa ad jurisdictionem Camera pertinentes hõc ad
eandem pertineant modò, ut necessariò ibi tractentur, nec
coram Imperatore in Ejus Aulicò Consiliò proponi atque ven-
tilari possint, sed precisè ad Camera inde debeant remitti?*

§. II. Latisimè de eâ quæstione agit jam lauda-
tus illustris Limnæus lib. 9. de Jure Publ. Rom. cap. 4.
per totum, ubi multos allegat Cameralistas, rationes-
que pro & contra adducit, decisionem tamen suspen-
dit. Latè quoque de eâ differunt Arum. Vol. 1. de jur.
publ. disc. 13. q. 4. Besold. de jurisdict. Rom. Imper. q. 12. Thom.
Mich. de jurisdict. th. 35. Petr. Heig. part. 1. qv. 9.

§. III. Nos, salvò cujuscunque rectius sentien-
tis iudiciò, putamus, si quæstio universaliter de omnibus
causis formetur, *an scilicet hac duo summa iudicia jurisdi-
ctionem concurrentem habeant, nullò causarum discrimine?*
quòd *negativa* sine dubio vera sit, cum in propatulò

C 2

lit,

fit, quòd Senatus Aulicus Imperatoris nòmine de feudis Imperii majoribus cognoscat (quorum cognitionem Imperator sibi soli reservavit. *E. G. D. part. 2. tit. 7. Gail. lib. 1. obs. 1. n. 31.*) de concessione item privilegiorum Cæsareorum, eorumque confirmatione, collatione dignitatum, aliisque causarum generibus ac negotiis deliberet (*de quibus in cap. 4.*) quibus Camera Imperialis nunquam se immiscuit, nec se immiscere potuit; adèdque in iis causis ac negotiis concurrentia jurisdictionis Cameralis locum minimè habet, sed tales causæ tantùm in Aulâ Cæsareâ disceptantur.

§. IV. Quòd si verò in particulari informetur quæstio: an nimirum in quibusdam causis Judicium Aulicum & Camerale concurrentem jurisdictionem habeant? intrepidè affirmamus, per expressum textum in *R. H. D. Tit. 2. §.* So wollen wir auch. ibi: So wollen wir auch/ daß unser Reichs Hof = Rath sonsten und in denen Fällen / darinnen wir und unsre Vorfahren am Reich/ unsern Cammer = Gericht concurrentem jurisdictionem zu mehrer Befürderung der Partheyen und unsrer Übertragung mitgetheilet haben / demselben seinen starcken Lauff lassen/ und per avocationem causarum nicht verhindern/ wann nemlich solche Sachen allbereit daselbst durch ausgewürckte und insinuirte Citation anhängig gemacht worden.

§. V. Quidam statum quæstionis ita posuerunt: An Imperator cum Camerâ concurrentem jurisdictionem habeat? & hoc absurdum putârunt, quasi quæramus, an idem cum seipso possit concurrere? Ita scribit Autor des gründlichen Berichtes / ob der Kayserl. Hof = Rath mit dem Kayserl. Cammer = Gerichte concurrentem jurisdictionem habe? fol. 50. Daß zwischen der Kayß. Mayst. und

und dem Kayserl. Cammer - Gericht per rerum natu-
 ram sine concurrentia jurisdictionis könne statt ha-
 ben / sientemahl die jurisdictio, die in Camerâ admi-
 nistrirt wird / eben der Kayf. May. jurisdictio ist. Ve-
 rum enimverò licet Imperator Camerae jurisdictio-
 nem concesserit, tamen neque absurdum neque per
 rerum naturam impossibile est, ut ipse eâ quoque uti
 possit, neque enim eam *privative aut abdicative*, sed *cu-
 mulative*, ut loquuntur, in Cameram transtulit, in par-
 tem laboris ac sollicitudinis. *Vid. Hillig. ad Donell. lib. 17.
 Comm. cap. 9. lit. N.* Ea enim fuit judicii Cameralis insti-
 tuendi ratio, ut Impp. & eorum Judicium Aulicum
 molestiarum judicialium mole indies magis magisque
 accumulatiore, aliquatenus sublevarentur. Quare
 pessimè ii agunt, qui ea, quæ in favorem Cæsarum in-
 troducta sunt, in diminutionem Imperatoris potestatis
 trahere conantur. Firmò igitur stat talò thesis nostra,
 quòd Imperator in Consilio suo Aulicò *de iisdem cau-
 sarum generibus, in quibus Camera jurisdictio fundata est,*
 cognoscere possit, atque ita cum eâ concurrere. Et
 id qui negant, nesciunt quid statuunt.

§. VI. Dilabimur inde in aliam quæstionem ma-
 ximi momenti, quæ à priori dependet: *An nimirum &
 quando mutua præventio inter hæc duo summa judicia obti-
 neat?* sed eam pertractabimus in peculiari capite, pro-
 ximè hoc insequente.

§. VII. De causis, in quibus concurrentia ju-
 risdictionis adeoque & mutua præventio contingere
 solet & potest, pauca adhuc dicenda. Et quidem *quo-
 ad causam fractæ pacis & religiosæ constitutionis,* quòd in
 utràque concurrentia jurisdictionis admittatur, textus
 sunt clari in *C. G. D. part. 2. tit. 9. §. 2. & seqq. R. U. de
 anno 1566. §. und nach dem. 6. vers. Wir wollen auch.*

Sed & in cæteris causarum generibus, in quibus juris dictio, Camera in primâ instantiâ fundata est, Consilium quoque Aulicum jurisdictionem habere, satis patet ex suprâ dicto fundamentò, quòd Imperator jurisdictionem Camerae concedens eâ se non spoliârit, sed sibi integram reservârit; quin & *experientia quotidiana* satis id testatur. Et in apricò quoque est, cuilibet liberum esse, à sententiis Inferiorum Judicum, qui privilegiis de non appellando simpliciter non gaudent, vel, si usque ad certam tantum summam eò fruuntur, in summâ appellabili *vel ad Cæsarem ejusque Consilium Aulicum, vel ad Cameraam* provocare.

CAPUT III.

De

Mutuâ Præventionē,

Inter

Cameraam Imperialem & Consilium Aulicum.

§. I.

DIximus in præcedentibus, quòd in quibusdam causis Consilium Aulicum & Camerale concurrentem habeant jurisdictionem. Inter Judices autem Jurisdictionem concurrentem habentes *præventio* obtinet seu *praoccupatio*. Intelligitur autem unus alterum in jurisdictione prævenisse, si *lis* apud aliquem pendere inceperit. Sed *quando lis in judicio pendere incipiat*, quæritur? Textus expressus est in *R. H. D. Tit. 2. §. So wollen wir auch verb. Wann nemlich solche Sachen albereit daselbst durch ausgewürffte und insinuirte Citation anhängig gemacht worden.* Quod & *Gail. lib. 1. obs. 74. n. 17. & Mynsing. 4. obs. 26.* aliique similiter tradunt, litispendentiam nimirum incipere *per citationem* reo legitime *insinua*.

Innuatam. Debet autem citationi libellus esse insertus vel adjunctus, ut reus percipere possit, ob quam causam ab actore conveniatur, *R. U. de anno 1654. §. Diesem nechst. 34. in fin. verb. Damit der citirte in diesen ollen sich wohl ersehen ic.* quoniam, antequam actor libellum porrigat, litispendingia inducta cense-ri non debet. *Zanger. de except. part. 2. cap. 13. num. 10.* Ratio rationis, quoniam Reus antea adhuc inscius, cu- jus rei controversiam ipsi motum iri, adeoque *respectu* *Ejus* lis pendere dici non potest, *antequam* *Citatio* *ipsi* *fuerit* *insinuatam.*

§. II. Et hæc vera sunt *respectu* *Rei.* Quod *actorem* attinet, illius *respectu* lis pendere incipit, *quampri- mum* *decreta* *citatio* *ad* *ipsius* *notitiam* *pervenerit*, licet nondum sit expedita aut reo insinuata. *Roman, Consil. 330. n. 2. Menoch. de A. J. Q. cas. 202. n. 8.* Et hæc sen- tentia in Camerâ observatur, ubi statim post decretam Citationem Documenta litispendingiæ communicari solent. Hinc sequitur, si actor, decretâ jam citatione, licet nondum reo insinuatâ, ad Aulam Cæsaream transgredi vellet, quòd hoc facere non possit, propter litis in Camerâ pendentiâ.

§. III. Sed si Actor & Reus, ambo sententiâ In- ferioris Judicis gravati, simul appellent, alter ad Au- lam Cæsaris, alter ad Cameram, & unus in Camerâ prius quidem impetret citationem, alter verò citatio- nem tardiùs in Aulâ Cæsareâ impetratam citiùs insinu- ari curet, *queritur*, ubi lis pendere dici debeat? *Respon- deo:* in Aulâ Cæsaris. *per tradit a Glossa in c. 59. verb. assi- gnata. de Appellat.* ubi dicit: *si duo sint ordinarii, possum ad- versarium meum prævenire coram alterò, quem voluero eli- gere, non obstante. si Adversarius dicat, quòd volebat & deli- berave-*

beraverat me convenire coram aliò, cum quò tractaverat, nisi ipſus citatio prævenisset. Per citationem enim (intellige Reo insinuatam) inter Judices jurisdictionem concurrentem habentes præventio introducitur. *Gail. 1. observ. 29. n. 4.*

§. IV. Quoad Commissarium Cæsaris aliter obtinere, scribit *Gylmannus præjudic. Cameral. voc. præventio. §. dubitabatur.* putans, per solam ab istò decretam citationem præveniri Cameram; Sin verò Camera Commissarium præveniat & decretò & insinuatione citationis, illam esse judicem. *quod ibi præjudiciò confirmat.* Sola autem præsentatio Commissionis, effectum præventionis non operatur, sed requiritur, ut is, cui, per præsentationem Commissionis, jurisdictio tribuitur, eà uti incipiat; incipit autem illà uti, decernendo citationem.

§. V. His obstare videtur, quòd lis demum incipiat à *Litis contestatione*. Ergò antè pendere dici nequit. *Respond.* incipit litispententia à solà citatione, quoad judicem & litigantes; quoad rem controversam verò à L. C. *Umm. disp. 12. n. 23.* Atque sic concilianda sunt jura & Dd. qui judicium sive litem incipere dicunt modò à citatione, modò à L. C. Quoad judicem enim & litigantes lis pendere dicitur etiam ante Litis contestationem. Textus notabilis est in *Ord. Cam. part. 2. tit. 9. §. ult. verb. vor oder nach der Kriegs- Befestigung.*

§. VI. Sed an præventio intelligatur inducta, si nondum citatio nec decreta nec insinuata, sed literæ saltem præliminares pro informatione Judicis, schreiben um Bericht / impetratæ & insinuatæ fuerint, eleganter quæritur? Affirmandum id putamus. (1.) cum judex decernendo has literas jam inceperit de causâ cognosce-

25
gnoscere, quod præventionis argumentum est. (2.) ad
obtinendam præventionem, *juxta Gylm. præjud. Camer.*
verb. præventio. etiam extrajudicialia præcepta suffici-
unt. (3.) hæc literæ inforatoriæ æque in se citationem
quandam continent, quia is, adversus quem extrahun-
tur, citatur ad demonstrandum causæ statum.

§. VII. *Præventio* igitur mutua inter hæc duo
judicia obtinet locum, *sed non inhibitio aut avocatio cau-
sarum.* Senatus enim Cæsaris causas in Camerâ pen-
dentes avocare, vel aliâ viâ cursum justitiæ impedire
prohibetur per *R. U. de anno 1654. §. Ebenmäßsig solz
len hinführo. 166. quin & per Capitul. §. 42. verb. Die
am Kayserl. Cammer- Gericht zu Speyer aber anhängi-
gig gemachte und noch in unerörterten Rechten schweb-
bende Sachen von dar ab und an unsern Reichs- Hof-
Rath nicht abgefordert / noch von uns aufgehoben /
und dagegen inhibirt, oder sonst auf andere Weiß re-
scribirt, auch was dargegen vorgennommen / als null
und unkräftig vom Cammer- Gericht gehalten ic.*
Quòd si tamen huic adversum partes aut Aula Cæsaris
quid moliantur, eò casu primùm, civilitatis gratiâ,
documentum litispendentiæ in Cancellariâ Camerali im-
petratur, & locò declinatoriarum in Judiciò Aulicò
producitur. Quò posthabitò mandatum pœnale *de con-
tinuando nec impediendo profèqui litem, ubi cœpta est, S.*
Claus. (cùm hoc factum ipsò jure Constitutionum Im-
perii prohibitum sit) *adversus partes* in Camerâ decer-
nitur.

§. IIX. Quocunque igitur modò cursum justitiæ
in Camerâ *impedire*, Senatus Cæsaris Aulicus pro-
hibetur, sed bene *accelerare* eum potest. Possum enim
in Consiliò Aulicò Rescriptum Principis adversus Ca-

D

meram

meram impetrare *pro excitandâ justitiâ*, quô nimirum Imperator, ad alicujus implorationem, Camera rescribit, ut maturè & celeriter causam expediat. Sed non vice versâ, ut Cæsar Camera, sic etiam Camera *Cæsaris Commissario* pro excitandâ justitiâ scribere potest, sed si Commissarius Cæsareus in administrandâ justitiâ negligens est, non debet adiri Camera, sed committens. Ita cùm anno 1630. Rustici zu *Ganferdingen* contra Dominum suum, Nobilem de *Schlätten* / in Camera supplicarent pro Mandatô *de non gravando ultra operas solitas, nec cogendo adire molendinum ipsius*; Camera, more in his casibus consuetô, antequam Processus alios decrevit, scripsit Nobili Domino ad informandum Judicem (*umb Bericht*) sed ille excepit *de preventionem litis in Aulâ Cæsareâ*, insimulque Commissionis decretæ & cœptæ tenorem in vidimatâ copiâ Camera transmisit. Mandatum petatum inde denegatum. Rustici verò rogârunt aliud *ad administrandam justitiam* adversus Cæsaris Commissarium, qui fuit Dominus Comes de *Sürstenberg*; eô etiam denegatô supplicârunt *pro promotorialibus*. Sed & hæc denegatæ *d. 7. sept. 1630.* ex nullâ aliâ ratione, ut prudentiores putârunt, quàm quòd ea causa *propter preventionem* ad Camera Jurisdictionem non pertinuerit, sed Imperatori *tanquam committenti* pro mandatô aut promotorialibus supplicandum fuerit.

CAPUT IV.

Quando Jurisdictio

Summorum in Imper. Rom. Tribunalium,

Cameralis & Aulici,

in primâ instantiâ fundata sit.

§. I.

§. I.

OMnes causæ vel per viam simplicis quevela (quæ vulgò prima instantia dicitur) ad judicia deferuntur, vel per appellationem, quæ secunda instantia. Hi modi etiam obtinent in duobus supremis Imperii Rom. Judiciis, Aulâ Cæsaris & Camerâ Imperiali. Videamus prius, quomodo in primâ instantiâ vel ratione personarum vel ratione causarum jurisdictionio supremorum horum Judiciorum fundata sit. Reorum igitur (quorum forum actor regulariter sequi debet) ratione habitâ rectè vel in Aulâ Imperatoris vel in Camerâ Imperiali conveniuntur, qui Imperio immediate subjecti sunt, nisi vel publicâ, legibus scilicet Ordinationis, (Austräge der Ordnung. C. S. D. part. 2. tit. 27.) vel privatâ conventionione constitutos Judices (getwülte führte Austräge/C. S. D. part. 2. tit. 2. pr.) habuerint, vel Imperatoris privilegiò vel aliò modò ex jurisdictione Cameræ & Consilii Aulici exempti fuerint. Primas enim instantias Camera ut strictè servet, in Recessu Imperii novissimò de anno 1654. §. benebens. 105. verb. Die erste instantias. denuò admonetur. Et ad has etiam expressè adstringitur Consilium Aulicum in jam dictò Recessu §. Was dann Chur- Fürsten und Stände. 168. ut & in R. S. D. Tit. 2. §. Wir befehlen. ibi: privilegia der ersten instanz, jura Austregarum &c. aller Gebühr nach / sorgsamlich in acht nehmen / und den Reichs- Ständen unberührt verbleiben lassen. Si tamen correarum unus privilegiò Austregarum gaudeat, alter verò non; ob causa connexitatem ambo in supremò Imperii judiciò conveniendi sunt, quia nemo coram Austregis conveniri potest, qui earum non est, ne quidem

cum aliis capacibus. Sic e.g. debitorum & fidejussorum causæ aded sunt connexæ, tam ratione personarum, quàm rei seu negotii, ut ibi causâ fidejussorum tractari debeat, ubi conveniuntur debitores principales, ne scilicet continentia causæ dividatur. Plures casus, quibus Judices Ordinationis locum non habeant, & quomodo causæ ab iisdem, tam per appellationem quàm sine appellatione, ad Cameram devolvantur, tradit *Roding. lib. 1. Tit. 4. cap. 7.*

§. II. *Ratione causarum* jurisdictio Camerae, ut & Consilii Aulici, in primâ instantiâ fundata est, quando ipsum factum ita est qualificatum, ut ex suâ naturâ ejus cognitio & decisio ad hæc suprema judicia pertineat, cessantibus omnibus primæ instantiæ privilegiis. Decem autem causarum earum genera numerantur: *causæ fractæ pacis publicæ tam religiosa quàm profana, causæ fiscales, causæ litigiosæ possessionis, causæ pignorationum, causæ arrestorum, causæ mandatorum sine clausulâ* (mandata cum clausulâ suprema hæc Imperii Judicia efficaciter non emittunt, nisi vel ratione personæ vel ratione causæ suâ naturâ eò pertinente, jurisdictio eorum fundata sit; si enim reus non sit immediatus, aut causa suâ naturâ eò non pertineat, impetranti exceptio incompetentiæ objici & mandatum cum clausulâ impetratum cassari solet.) *causæ relaxationis juramenti ad effectum agendi, causæ L. Dissamari, causæ denegatae vel protractæ iustitiæ, & tandem causæ violati privilegii Cæsarei*, de quibus omnibus & singulis agit *Roding. lib. 1. pand. Cam. tit. 6. & seqq.* aliique plurimi.

§. III. In genere, si contra publicas Imperii Constitutiones delinquitur, læsus vel in Aulâ Cæsaris
vel

vel in Imperii Camerâ Processus ex istis Constitutionibus contra delinquentem, seu, constitutiones illas violentem impetrare solet, *non obstante privilegio Austregarum aliòve*, cum enim ratione causæ jurisdictio hîc fundata sit, omne cessabit privilegium personale.

§. IV. Quamvis verò in his causarum generibus jurisdictio summorum horum Judiciorum ita fundata sit, ut nulla habeatur ratio, utrum personæ litigantes mediatè vel immediatè Imperio subjectæ sint, *per rubricam Tit. 9. part. 2. Ord. Cam. Von Persohnen und Sachen / die von Ihrer Art und Engenschaft wegen / ungeachtet / ob Sie (die Persohnen) mit oder ohne Mittel dem Reich unterworfen / in erster instanz an das Keyserl. Cammer - Gericht a - hörig.* Nihilominus tamen in quibusdam etiam *tàm actoris quàm rei* immedietas requiritur, ut in causis fractæ pacis religiosæ, causis pignorationum, causis arrestorum; in quibusdam *rei tantùm*, ut in causâ L. diffamari. Quòd tamen hîc potiùs causæ quàm personæ qualitas & conditio spectetur, patet exinde, quòd hujusmodi causæ *ex jurisdictione Judicum Ordinationis aliorumq; privilegio personali constitutorum exemptæ sint, ut §. preced. iam tum diximus.*

§. V. Præter jam dictas causas, in quibus tàm Camera quàm Consilii Aulici jurisdictio fundata est, ad Senatium quoq; Aulicum alia pertinent, *quibus Camera se non immiscet.* De his ita in *R. H. D. Tit. 2. in pr.* In unserm Reichs - Hof - Rath sollen alle und jede Sachen / das Heilige Römische Reich / desselben Hochheit / Recht / Herrligkeit / Gerechtigkeit / Pfandschaft / Lösung / Regalien / hobe und nieder Lehen / Privilegien, Indult,

Confirmation, und anders / wie solches Nahmen haben mag. it. quæ negotia celerrimè, cum sufficienti ratione causæ cognitione, ibi expediuntur. *Add. supra cap. 2.*

CAP. V.

Quomodo causæ

ad Aulam Cæsaris aut Imperialem Cameram per appellationem devolvantur.

§. I.


ATque ita causæ per viam simplicis querelæ in primâ Instantiâ ad suprema Imperii Rom. Judicia deferuntur. Videndum nunc, quomodo per viam provocationis eò devolvantur. quod accidit, quando quis per decretum sive factum Magistratûs, aut sententiam Judicis Inferioris lætus vel gravatus, vel ad Cæsarem vel ad Cameram Imperialem appellat & provocat. Variè verò ad hæc suprema Tribunalia provocatur. Interdum alternativè: *appello vel ad Cæsaream Majestatem vel ad Cameram Imperialem.* Interdum conjunctim: *appello ad Cæsarem & Cameram Imperialem.* Interdum aliò modò: *appello ad Cameram vel quodcunq; judicium competens.* Interdum etiam simpliciter, *non expressò judicis ad quem.* Et ubiq; cum inter hæc suprema judicia concurrentia jurisdictionis obtineat, præventio locum habet, hoc est, *appellatio eò devolvitur, ubi priùs lis pendere incipit.* Idem procedit, si duo in eodem negotiò appellant, *unus ad Imperatorem, alter ad Cameram.* similiter enim præventio valet. *V. supra c. 3. §. 3.*

§. II. Ut autem appellatio ad hæc suprema Judicia valeat, requiritur *tum* ut appellatio hujusmodi fiat *gradatim, non per saltum,* judice scil. intermediò, si quis sit, præteritò. (*exceptiones vide apud Roding. lib. 1. tit. 20. §. 6. & seqq.*) *tum* ut *summa litis* sit appellabilis. In exordiò
Judicii

Judicii Cameralis à quacunque summâ appellari potuit, nisi aliquod privilegium obstabat. Anno 1521. verò constitutum, ut summa appellabilis esset 50. floren. *C. B. D. de anno 1521. art. 24.* Deinde hæc summa adscendit ad 150. floren. *R. A. de anno 1570. §. Alstwir dann. 66.* Quæ summa anno 1600. duplicata est, facta 300. flor. *Deput. Absch. de anno 1600. §. Wierwohl nun. 14.* Et hæc anno 1654. secundâ vice duplicata auctaque ad 600. floren. seu 400. *Imperial. R. A. de anno 1654. §. Wiertens soll die summa. 112.* Si igitur summa non sit appellabilis, appellatio non recipitur; revisio tamen Actorum à judice sententiæ (inferiore) peti potest, vel transmissio Actorum ad Consilium Sapientum. Id enim tam in *Recessu Deput. de anno 1600. §. Es soll aber. 18.* quam in *Recessu de anno 1654. §. Doch mit diesem Zusatz. 113.* solatii ergò indultum. Quòd si hæc revisio aut transmissio Actorum denegetur, Mandatum de concedendâ Revisione, aut de non impediendo uti jure Constitutionum Imperii, in Judiciò Aulicò aut Camerali impetrari posse, nullum est dubium. Sed quæritur: *Antalis revisio Actorum etiam in causâ appellabili peti queat?* Negatur. quia extraordinarium remedium, quale est revisio, locum non habet, ubi ordinarium, scil. appellatio, adhiberi potest. In judiciis verò, ubi per privilegium *de planè non appellando* nemini appellare licet, (ut in forò Saxonico) petitio tamen leuterationis & oberleuterationis (de quibus vide latè illustrem *Carpzovium in Process. Jur. Sax. Tit. 17.*) vel aliud simile beneficium concessum est. Si ea beneficia denegantur, similiter obtinet, quod de Revisione jam diximus. Sic in causâ *H. contra S. W.* cum petita Leuteratio denegaretur, & sententiâ exqueretur, in Camerâ supplicatum pro concedendâ Leuteratione, cassando, restituendo, & non turbando, nec amplius innovan-

novando S. C. Aft decretum : Ist gebethenes Mandatum de concedendâ Leuteratione erkant / das übrige Begehren aber abgeschlagen. In consilio d. 1. Mart. 1649. Ubi igitur appellatio prohibita, non prohibenda tamen revilio Actorum, eorumve transmissio ad Consilium Sapientum, leuteratio, vel aliud simile beneficium legibus concessum aut consuetudine introductum.

§. III. Prohibita autem appellatio non solum, si summa non sit appellabilis ratione Ordinationis Cameralis & Constitutionum Imperii, sed & si privilegio non sit conformis. Plerique enim Imperii Status privilegiis de non appellando ab eorum sententiis usque ad certam summam gaudent. Ubi igitur tale privilegium habetur, non sufficit, summam esse appellabilem ratione Constitutionum Imperialium, sed requiritur, ut ea privilegio sit conformis. Auctâ enim in R. I. de anno 1654. summâ appellabili, privilegia etiam de non appellando ampliora Statibus se concessurum, Imperator simul promisit, quam auctoritatem etiam plurimi largissimè obtinuerunt. Eaque privilegia Statuum tam in Camerâ quàm in Aulâ Cæsaris servari & attendi jubentur in R. A. de anno 1654. §. Drittens sollen. III. & in R. S. O. Tit. 2. §. Wir befehlen auch. ibi : Wir befehlen auch hiermit unserm Reichs Hof Raths Präsidenten und Râthen ernstlich / und wollen / daß Sie in Erkennung 2c. Privilegia de non appellando und der summa / unter welcher man nicht appelliren und die Sach an höhre Gericht bringen kan / aller Gebühr nach sorgsamlich in acht nehmen / und den Reichs Ständen unberührt verbleiben lassen.





DISCURSUS SECUNDUS.

De

Processibus Cæsareis,

Qua

ad supplicationem partium
ex Aulâ Cæsaris & Imperii Camerâ
prodeunt.

Continuatio.

ACrum est hæctenus in Discursu primò,
(præmissis quibusdam præliminaribus) *de Ju-
risdictione summorum Imperii Romani Judicio-
rum, quomodo ea fundata sit tam ratione persona-
rum, quam ratione causarum, item de concurrentiâ eorum &
preventionem mutuâ, aliisq; ad eum punctum pertinentibus.*
Ordo nunc postularet, ut discursum nostrum dirige-
remus *ad modum procedendi; sed cum processus causæ in-
stitui non possit, nisi ea præcesserint, quæ eum præpa-
rant eiq; viam sternunt, oportet, ut prius ea considere-
mus, rejectis aliis cogitationibus in discursum sequen-
tem.* Præparatio autem processûs causæ consistit *in
petitione & supplicatione pro processibus decernendis, in ex-
petitione processuum decretorum, & tandem in insinuatio-
ne processuum in termino reproducendorum.* De quibus
differemus paucis hõc die.

D. B.

E

CAP.

CAPUT I.

Quomodo Processus

in Imperii Camerâ & Senatu Aulicô
petantur ac decernantur.

S. I.

Vocabulum *Processus* vulgariter variè accipitur. Sic pro pompâ in l. 41. ff. de donat. inter vir. & uxor. ubi donare ad processum viri nihil aliud est, quàm ita donare, ut maritus utatur in pompâ, in publicis processionibus Consulum aliorumq; magistratum, de quibus in Nov. 105. cap. 1. l. 2. C. de Consul. uti plurimi illam legem explicant. Alii tamen illas donationes uxoris ad processum viri explicant de sumptibus ad promovendum maritum per gradus, l. 45. princ. ff. de negot. gest. Sic & vox *processus* populariter interdum accipitur pro progressu in literis. Usu verò forensi nihil aliud denotat, quàm ordinem iudicii legitimum, rationem atque viam, quâ iudex atque litigatores procedunt, donec lites finem propositum consequantur; vel si mavis brevius: ordinem & formam iudiciorum competentem, sive modum ordine tractandorum iudiciorum legitimum. D. Fibig. part. 1. de Process. Judic. cap. 1. Sed in hac acceptance voce eâ hîc non utimur; sed per abusum, quem usus quotidianus in forô Camerali introduxit, literas *Cesareas omnes*, quæcunque vel ad inchoandum vel ad promovendum vel ad determinandum & exequendum processum emanant, hîc nomine appellamus. Vid. C. G. D. part. 1. tit. 38. S. 1. verb. *Kaiserl. Brieff oder Process.* & part. 3. tit. 12. S. und erstlich. *ibi: Undersilich / was die Ladung / Mandata und andere*

dere Proceß antrifft. R. U. de anno 1654. §. Damit aber auch. 165. verb. Der Cammergerichtlichen Proceffen.

§. II. Omnes autem Processus impetrari solent & debent per supplicationes ac preces. C. G. D. part. 1. tit. 22. quæ in Camerâ, *vel scriptò tam judicialiter quàm extrajudicialiter* exhibentur, *vel viva voce* proponuntur, per Recessus orales in publicis audientiis, quemadmodum petuntur citationes ad reassumendum, commissiones, arctiores processus &c.

§. III. Supplicationes *extrajudiciales* omnium frequentissimæ sunt, nec Procuratores *ad judicialem* facile deflectunt, nisi per decretum eò remittantur, quod fieri solet, quoties supplicatur in causâ cum aliâ in judiciò jam pendente connexâ, & Referens viderit, *sine contradictione partis adversæ & præviâ aliquâli causa cognitione* Processus decerni non posse.

§. IV. Quomodo autem hujusmodi supplicationes *extrajudiciales pro extrahendis processibus* per Procuratores aut eorum scribas Domino Judici Camerali offerantur, notatu opus erit. Tradi nimirum illæ solent unâ cum Adjunctis (*Beylagen* / documentis nimirum, quibus supplicationum narrata in continenti probantur, *secundum R. I. anno 1654. §. alle supplicanten. 79.* Item si jam antè in eadem causâ supplicatum fuerit, annexis prioribus supplicationibus atque decretis.) manè in Cancellariam, antequam Assessores in Senatu conveniunt, ubi à Notariis registrantur & postmodum Senatui Supplicationum offeruntur. Singulæ autem geminæ exhibendæ sunt; *Una* ad acta reponitur & in judiciò asservatur, *altera* cum inscriptò Decretò, supplicantis procuratori ejusve scribæ post finitum Senatum per Notarios restituitur.

S. V. Decernuntur autem vel denegantur Processus *modo simpliciter*, supplicationi adscripto verbo: *Erkennt*. vel: *Abgeschlagen*. *Modo quidam* Processus petiti *decernuntur*, *quidam denegantur*, & libello supplici inscribitur: *It Citation &c. erkennt / das sibrige Begehren abgeschlagen*. Interdum etiam, *si defectus sit in conclusione & petito*, decernitur: *Wie geberthen / abgeschlagen*. vel, *si vitium in narratis*, & requisitum quoddam constitutionis, ex qua supplicatur, omisum sit, his formalibus: *Auff vorbrachte narrata abgeschlagen*. aut: *Wosern Supplicanten sormlicher suppliciren wird / soll darauff ergehen / was recht ist*.

S. VI. Quomodo autem supplicationes pro processibus obtinendis legitime formari debeant, patebit *ex §. 8.* ubi exemplum supplicationis referemus, & simul omnia inseremus, quæ ad perfectam supplicationem requiruntur. Hic in antecessum notamus solum differentiam, quod nimirum supplicationes *in Camera Imperii ad Judicem Camera* dirigantur, incipientes: *Durchleuchtigster Fürst / dero Röm. Kayserl. May. Cammer- Richter / gnädigster Herr*. In rubricâ autem nomen ejus aut titulus non additur, sed simpliciter inscribitur: *unterthänigste supplication pro citatione &c. Mandato &c. Unwals N. Supplicationes autem & preces, quæ Senatui Aulico offeruntur, non ad Consilii Præsidem, sed ipsum Imperatorem augustissimū scribuntur, hoc aut simili exordio: Allerdurchleuchtigster / Großmächtigster / und Unüberwindlichster / Römischer Kayser / auch zu Hunqarn und Böhmeib König ic. Allergnädigster Herr*. Et rubrica quoq; sacratissimis Cæsareæ Majestatis nominibus ac titulis condecorari solet. **S. VII.**

§. VII. Supplicatur autem in Aulâ Cæsaris *vel* pro impetrandis quibuscunque indultis, gratiis, privilegiis, &c. *vel* pro extrahendis processibus judiciariis. *Prioris generis* supplicationes (quamvis & interdum posterioris generis, ab imprudentibus & stylum curiæ ignorantibus) *vel ipsi Imperatori* (dum ex sacellô per atrium procedit, *vel* alibi) demississimè flexis genibus in manus porriguntur, *vel Imperii Vice-Cancellario* offeruntur, perinde enim hoc est, nam Cæsarea Majestas omnes supplicationes ipsi traditas vice-Cancellario transmittere solet, ut eas perlustret, an ad Consilii Secreti an Aulici deliberationem pertinent. Eas, quæ consultatione Senatûs Aulici opus habent, Vice-Cancellarius signat adscriptâ voce: **Reichs Hofrath**. additôque die, quò præsentatæ. (cujusmodi signaturas sæpius vidimus.) *R. H. D. tit. 3. in princ. ibi: Welcher (Reichs vice-Cangler) diejenige Schreiben und Sachen / so im Reichs Hofrath zuberathschlagten / signiren und in einen verpetscherten fasciculô unserm Præsidenten iederzeit zuschicken soll.*

§. IIX. Supplicationes verò *pro extrahendis processibus* illustrissimo Consilii Aulici Præsidi Procuratores & Agentes *vel* ipsi offerre (quando in Senatum *vel* alibi) *vel* per ostiarium (den Reichs Hofraths Thûrhüter) in Senatu exhibere solent. *R. H. D. Tit. 3. in princ.* qui eas postmodum inter Dominos Consiliarios ad referendum distribuit. Quibus relatis in plenô confesso super supplicantis desiderio deliberatur, & cum processus (citationes, mandata, rescripta) privilegia, indulta, *vel* aliæ quæcunque literæ Cæsareæ decernuntur, supplicationi decretum inscribitur hęc *vel* aliô modô: *Fiat voluntas supplicantis. Sive: expeditur.* Quomodo autem decreta per Secretarium

rium procuratoribus aut partibus notificentur, vide
in disc. 3. cap. de publicat. sentent. in fine.

§. IX. Antequam ad ipsa Processuum Cæsare-
 orum varia genera accedamus, placet (prout etiam
suprà in §. 5. promissimus) copiam *Supplicationis pro*
processibus impetrandis, tam in Camerâ quàm Aulâ Cæ-
 saris, usitatam hîc subungere. In causis S. Q. vel in ipsâ
 supplicâ Actor proponit, se narrata locô Libelli & Ad-
 juncta locô probationis in primô terminô repetiturû;
 vel libellum summarium separatim supplicationi,
 uti adjunctum, annectit. Primus modus frequentior
 est secundo; uterque tamen admittitur. Priore ca-
 su supplica in sequentibus substantialibus consistit:
**Allerdurchlechtigster / Großmächtigster und un-
 berwindlichster Kayser / &c.** (si in Senatu Aulicô sup-
 plicatur) *sive*, **Durchlechtigster Fürst / Dero Röm.**
Kays. Mayst. Cammer = Richter &c. (nim. si in Ca-
 merâ supplicatur. *add. suprà §. 5.)* **E. Kays. Mayst.**
sive E. Fürstl. Durchl. bringet Anwald &c. (hîc inse-
 renda Actorum nomina cum titulis) **Wieder die N. N.**
 (reos, & si consortes adsint, vel eorum curatores,
 hietiam cum iis, qui tutelæ subsunt, nominandi.)
**in unterthänigkeit supplicirend vor und an / was Ge-
 stalt &c.** (hîc sequitur factum cum necessariis & suc-
 cinctis, quàm maximè fieri potest, circumstantiis,
 ut & si placet, documentis probatoriis.) **Wann aber**
allergnädigster Kayser und Herr (*in Camerâ : gnädig =*
ster Fürst und Herr) **Anwalds Principaln &c.** (hîc se-
 quitur assumptio, & inserendæ motivæ, quare proces-
 sus decernendi, ut & jura ad factum congrua; item ge-
 nus actionis; tandem subnectenda fundatio jurisdicti-
 onis tam quoad principales quàm quoad consortes;
 & de

& denique annectendum:) gestaltsam Anwalt in primò reproductionis terminò obige narrata locò Libelli, animò litem affirmativè contestandi; Dann die Beylagen locò probationis, cum reservatione ulterioris, quatenus opus, zu wiederholen. (ubi etiam pro arbitriò inferi potest ipsa petitio:) Dann zu petiren gemeynet ist / daß die Beklagte (pro diversitate Actionis, in die und die poen. &c.) zu condemniren seyn / dieselben auch also würcklich condemniren, Dann legalem terminum utriq; parti communem zu präfigiren. (Jam sequitur conclusio:) Als gelanget an E. Kayf. Mayst. (An E. Fürstl. Durchl.) Anwalts unterthänigste Bitte / die allergnädigst (gnädigst) geruchen / wieder Eingangs gemelte Zn. Beklagte Citationem ad videndum e. g. exigi debitum, vindicari hereditatem, &c. Darinnen dieselbe an E. Kayf. Mayst. Hof (in Camerâ, an die höchste Gerichts) in gewöhnlicher Zeit zu erscheinen gewiesen werden / umb zu sehen / daß Sie zu Erstattung des Capitals / Pensionen, Costen und Schaden condemniret werden. Hierüber 16.

§. X. Atque hic est modus supplicandi in causis S. Q. pro Citatione. Modus autem supplicandi pro Mandatis C. vel S. C. talis est aut similis: In Introitu præmittuntur nomina & tituli partium litigantium, ut supra, quibus immediatè annectendum factum, cum assumptione: Wann aber dieses geklagte Factum allein so geist als weltlichen Rechten / des H. Reichs Constitutionibus / und der selbständigen Billigkeit entgegen / mit den geringsten Schein Rechtens nicht zubemänteln ist (pro diversitate facti conquesti aggravantur circumstantia.) In welchen Fällen vermög der Cammer- & Gerichts Ordnung / part. 2. tit. 23. (qui locus Ordinationis semper allegandus est, nisi quis
sup.

40
supplicet super speciali aliquâ Constitutione, quô casu
jurisd. specialiter desuper fundanda) à præcepto & exe-
cutivè wohl angefangen werden kan / gestaltsam ob
notoriam immediatam des Beklagten / &c. (hîc infera-
tur fundatio jurisdictionis; Et tandem conclusio sub-
jungatur:) Als gelanget ic. Wieder Eingangs benan-
te Beklagte sammt und sonders ein Mandatum (de re-
lax. capt. solv. rest. &c.) Darinn denenselben / daß
sie so bald nach verkündung dieses / ohne einigen Ver-
zug / Ein- oder Wieder- Rede / vielweniger (si for-
san correi sint ministri vel officiales) angemaster Ver-
tretungen ic. (addantur vel omittenda vel facienda
cum omni causâ, interesse & damnò) alles Ernsts
und bey einer namhafften Poen anbefohlen werde /
annexâ Citatione solitâ, allergnädigst (gnädigst) för-
derlichst zerkennen. Formulam supplicandi in cau-
sis Appellationis refert Rodingius Lib. 3. Pandect. Ca-
meral. Tit. 20. §. 45.

CAPUT II.

De

Variis & summis

Processuum Cæsareorum

generibus.

§. I.

OMnes Processus, qui in Aulâ Cæsaris & Im-
perii Camerâ ad inchoandam, promoven-
dam aut persequendam causâ tractationem
decernuntur, vel *ad partes* emanant *litigantes*,
vel *ad tertium*, cui cum processus impetrante nihil li-
ris est. *Ad partes* vel *Citationes* emittuntur vel *Man-
data*.

data. Ad Tertium, inhibitionales, (quæ tamen simul ad partes quoque diriguntur) promotoriales, compulsoriales, subsidiales, commisiones, literæ pro informatione iudicis (schreiben umb Bericht) arresta, sequestrationes. De singulis pauca trademus. De processibus, quæ in puncto executionis decernuntur, agemus infra in cap. de executione sententiarum. Privilegia, indulta, confirmationes privilegiorum, contractuum, & alia, quæ non ad processum causæ pertinent, in propriè & abusivè processus appellantur, & rectiùs diplomata dicuntur.

§. II. *Citationes ad iudicium quid sint, notissimum est. Variæ illæ pro causarum variâ qualitate. Nunc citatur quis vel ad iudicium vocatur ad videndum exigi debitum, nunc ad vid. justificari titulum possessionis, nunc ad vid. se immitti in hereditatem, nunc pro causæ statu & qualitate facti aliter. De citationibus ad reassumendum tractabimus infra in cap. de mand. procur.*

§. III. *Si factum ita est qualificatum, ut à præcepto & quasi ab Executione processus inchoari possit, in augustis supremis iudiciis, Aulico & Cameraali, Mandata decernuntur seu præcepta, quibus sub facratissimò Cæsaris nomine sub certæ poenæ comminatione vel quid alicui inhietur, vetatur, prohibetur; vel jubetur, imponitur, urgetur. Rubricas pro causæ & facti varietate varias habent, de restituendo, de non offendendo, de relaxando captivum, arrestum &c. imò tot titulos habent, quot natura deproperat edere factorum formas. Generalis distinctio est, quòd decernantur vel cum vel sine clausulâ justificatoria. Ad-*

dit *Mindanus cap. 5. de mandat. n. 3.* quòd quædam sint *mixta*, quæ nimirum partim cum, partim sine dictâ clausulâ emanant. Verum in eò *Mindanum* errare putamus; nam quando in unò processu impetro mandatum *super litigiõ à possessione C. C. & simul de non offendendo S. C.* (quod exemplum *Mindanus* ipse ponit) tunc non est unum mandatum *mixtum*, sed duo sunt mandata in unò processu emanata. Semper enim in talibus processibus, in quibus C. & S. C. mandatur, in *plurali numero* dicitur: *diesen unsern Kayf. mandaten;* & unum post alterum *separatim* proponitur. Est autem *mandatum cum clausulâ*, quò licet fieri aliquid sub poenâ præcipiatur, parti tamen, contra quam illud emittitur, potestas relinquatur, si se per istud mandatum gravatum sentiat, *rationes & causas, quare ei parere non teneatur, in præfixò ad id terminò judicialiter proponendi.* Si igitur factum tale, quod nullò juris colore justificari queat, vel quod irreparabile damnum inferat, vel ad publicam Rei perniciem tendat, vel moram ferre nequeat, (hi enim sunt quatuor isti casus *generales in Ord. Cam. part. 2. tit. 23. expressi. Add. R. U. de anno 1654. §. alle Supplicanten. 79.*) *mandata sine clausulâ* peti & impetrari solent, quibus nimirum non annexitur citatio ad allegandum causas, (si reus se gravatum sentiat) quare mandato parere non teneatur, sed præcisè reo imperatur, ut mandato sine tergiversatione pareat, annexâ citatione, ut in præstitutò terminò compareat *ad docendum de factâ partitione*, vel, si non paruerit, *ad videndum se declarari in poenam mandato insertam*, aut *proponendum causas, quare declaratio illa fieri non debeat.*

§. IV.

§. IV. Dubium hinc cuiusmodi suboriri possit, quomodo vocari possint mandata hæc *sine clausulâ*, cum iis etiam adjiciatur clausula, *causas nimirum, cur declaratio pœne fieri non debeat, proponendi, oder aber beständige erhebliche Ursachen/ ob Ihr einige hettet / warumb solche Erklärung nicht geschehen solle / fürzu bringen.* Unde etiam *Gailius lib. I. obs. 113. num. I.* dicit, hujusmodi mandata *in effectu* habere annexam clausulam justificatoriam. Verum ad hanc objectionem respondemus: magnam inter has clausulas differentiam esse, nam in *illis* mandatis (*cum cl.*) clausula est de causis *contra ipsum mandatum* allegandis, ob quas nimirum ei paritio fieri non debeat; *in his* verò (*sine cl.*) apponitur quidem etiam clausula, sed non *contra ipsum mandatum*, verum tantum *contra declarationem pœne* excipiendi, & causas, *quare declaratio illa fieri non debeat*, allegandi, quòd forsitan parere non potuerit. quanquam etiam nec semper mandatis S. C. illa clausula inseratur, sed sæpius omittatur.

§. V. Communiter & frequenter ab Advocatis & Procuratoribus *mandata* rogantur *sine clausula*, si modò pro qualitate facti ac circumstantiarum ratione fieri id possit. Et omninò operæ pretium est, ut causidici summò studiò eò nitantur, & (quâcunque ratione possint) ad supradictos quatuor casus facti speciem in libellò supplici accommodent, ita enim Austregarum anfractus evitare, processumque causæ poterunt accelerare.

§. VI. *In Consiliò Aulicò*, si factum in qualitate mandati non satis fundet jurisdictionem, sæpius dæcernitur *Rescriptum Principis*, etiam si non sit expressè

petitum, aut saltem implicite in verbis: omni meliori modo. Decernitur autem eò casu *rescriptum simplex* tantum, sine comminatione pœnæ; non pœnale, quod idem ferè est ac *mandatum*, intellige cum *clausulâ*. nec enim quis paritionem non exhibens statim in pœnam Rescripto insertam declaratur, sed similiter, ut in processu mandati cum clausulâ, allegari possunt causæ, ob quas Rescripto paritio fieri non debeat. Alia sunt *Rescripta*, quæ in Camera in causis Simplicis querelæ rogari & obtineri solent: *Rescriptum Citationis*, *Rescriptum mandati*; quando nimirum ejusmodi Processus obtenti & decreti intra annum ex Cancellariâ (non solutâ taxâ) non extradi curantur, aut extradi & insinuati in primò terminò non reproducentur, (actore in terminò non comparente) atque ita terminus circumducitur, aut aliò modò effectus & vires citationis aut mandati extinguuntur, tunc *nova citatio* aut *mandatum* rogari debet, vel ut in forò Camerali loquuntur, *rescriptum prioris*. Secus est in causis Appellationis, ubi lapsis fatalibus non nisi per *restitutionem in integrum* causæ succurritur, nec datur *Rescriptum processuum appellationis*. uti sæpius percepi ex eruditissimis discutiis Nobilissimorum Advocatorum Cameralium, præprimis *Excellentissimi Dn. D. Joh. Ulrici Stiberi*, multorum Principum Imperii Consilarii & *Advocati Cameralis primarii*, Fautoris atque Cognati mei multis nominibus suspiciendi.

§. VII. Provocantibus ad Cæsaris Aulam vel Imperii Cameram, juxta citationes ad partes litigantes, simul duo decernuntur processuum genera, ad judicem principaliter inferiorem, *inhibitionales* &

com-

compulsoriales. Prioribus iudici inferiori *inhibitio* fit, ne in lite ulterius procedat, vel quid in causæ per appellationem ad summum iudicium devolutæ præjudicium lite pendente attentet. Et hujusmodi *inhibitio* etiam ad partem seu appellatum dirigitur. *Posteriores* iudex inferior compellitur *ad edenda acta & rationes decidendi*; (vel alius quis *ad edenda instrumenta, rationes &c.*) Debet autem supplicans pro *compulsorialibus* sive appellans, documentò probare, se de editione Actorum iudicem intra trigesimum diem ab interpositâ appellatione diligenter & legitime requisivisse, illudque documentum factæ requisitionis supplicationi *pro processibus appellationis* adjungere.

§. IIX. Si iudex inferior justitiam protrahat aut deneget, in Camerâ aut Aulâ Cæsaris *Promotoriales* decernuntur, quibus ei imperatur, ut supplicanti jus atque justitiam intra certum temporis spatium administret; quibus si non paretur, causa ad summum iudicium devolvitur. In eundem finem sæpiùs quoque rogantur & impetrantur *mandata de administrandâ justitiâ* pœnalia, quibus si non paretur, agitur ad pœnam mandato insertam.

§. IX. *Commissiones* decernuntur *vel* in communi *vel* in optimâ formâ. *In communi*, quibus Commissario testium receptio committitur, eorumque examinatio, & ocularis inspectio. *In optimâ formâ*, quibus plenior potestas Commissario tribuitur, nempe non solum testes recipiendi & examinandi, verum etiam instrumenta transumendi, ut & partes compellendi, ut instrumenta edant, aliaque faciendi. Præterea alia *Commissiones* dicuntur *ordinarie*, quæ

juris & processûs ordine observatô postulantur & decernuntur; aliæ *extraordinaria*, quæ vulgò *ad perpetuam rei memoriam* appellantur, & extra ordinem (causâ in judiciò pendente sive non) petuntur & conceduntur, quando nimirum ætas decrepita, corporisve ægritudo aut metuenda absentia testium, jacturam probationum actori minantur. Præter has in Consiliò Aulicò quoque decernuntur *Commissiones ad cognoscendam causam*, zu Verhörung der Sachen/ quibus Commissariis potestas datur, in cognitione causæ procedere usque ad sententiam vel inclusivè vel exclusivè (secundum tenorem Commissionis) iique Commissarii acta *cum sententiâ* vel *saltem voto* ad Imperatorem mittunt, qui desuper Senatûm Aulicum cognoscere jubet, rarò tamen inde recedentem. R. H. D. Tit. 2. §. und weil auch ferner. *ibi.* Commissiones zu Verhörung der Sachen allein ausgehen lassen/ so vorderist zu unserm Kayserlichen Ausspruch an unsern Kayserlichen Hof remittirt und übersendet werden. Et hujusmodi Commissiones in Camerâ non decernuntur, ut suprà jamtùm notavimus. Itidem in Consiliò Aulicò decernuntur *commissiones ad exequendum*, quibus nimirum executio sententiarum Principibus Circularibus committitur.

§. X. Si testes examinandi jurisdictioni supremorum horum judiciorum subjecti non sunt, puta quòd mediati sint, *subsidiæ* seu *literæ mutui compassus* decernuntur, quibus nimirum ad Magistratum seu judicem, cujus jurisdictioni testes illi subsunt, scribitur, ut vel ipse testes illos examinet, vel examinandos curet, vel illis injungat, ut coram Commissariò

Cæsa.

Cæsareo vel Camerali ad dicendum testimonium compareant.

§. XI. Si pro relaxatione juramenti ad effectum agendi in supremis Imperii judiciis supplicatur, antequam citatio ad videndum relaxari juramentum decernatur, literæ prius ad Dominum supplicantis mittuntur, ut de verâ facti qualitate & circumstantiis referat intra certum terminum præfixum, sub comminatione, nisi ita faciat, fore ut petita relaxatio juramenti decernatur. Vocantur hi processus *informatorii*, quod pro informatione iudicis emittantur, sicut *reiben umb Bericht*. Cujusmodi literæ etiam decernuntur, quoties subditi adversus Dominum seu Magistratum suum pro Mandatis sine clausulâ supplicant, & quibusdam aliis casibus.

§. XII. Processus arrestorum sunt, quibus arrestatio personarum vel rerum Magistratui, in cujus territorio sunt, committitur. Decernuntur hujusmodi processus sæpius creditoribus supplicantibus in Aulâ Cæsaris aut Camerâ Imperiali contra debitores *vagabundos & latitantes*, ut ubicunq; locorum in Imperio R. prehendi queant, *Daß Sie auf Recht können allenthalben angehalten werden. V. Gail. lib. 2. obs. 44. n. 3.*

§. XIII. Tandem processus sequestrationis sunt, quibus custodia personæ vel rei, de quâ lis est, tertio alicui, usque ad finem litis committitur. Sic aliquando in Camerâ sequestrationem cuiusdam puellæ sponsæ decretam fuisse, notavit illustris rerum Cameralium observator *Gailius lib. 1. observ. 112. n. 16.* ubi refert sententiæ tenorem *d. 20. Dec. 1535, in causâ Georg Ganß*

Ganghorns contra Hansen Mayer latæ, quâ, filiam dicti Mayeri / nomine Sabiam, lite pendente apud honestam matronam sequestrandam esse, iudicatum est.

CAPUT III.

Quomodo Processus
in Aulâ Cæsaris & Imperii Camera
expediantur.

§. I.

Decreti in consiliô Aulicô Processus (vel alia Diplomata) per Secretarios *conciuntur*, vel *in Latinâ*, vel *in Germanicâ Linguâ*. (duplex enim Expeditio, die Teutsche und Lateinische expedition, & utriq; peculiare personæ inserviunt.) concepti Dn. Referenti *ad revidendum* traduntur. R. S. D. Tit. 6. *in pr. ibi*: Solche sollen unsre Secretarii, in der jenigen Teutschen oder Lateinischen expedition es gehöret / mit höchsten Fleiß verständlich auffsetzen / und als denn das Concept dem Referenten / oder dem jenigen gelehrten / welchen unser Präsidēt hierzu deputiren wird / vorhero zuverlesen zustellen. vel etiam in rebus magni momenti *in confessu omnium* releguntur. *d. tit. 6. §. Wann es aber. ibi*: Wann es aber hochwichtige Sachen / sollen die ic. in unserm Reichs Hof Rath in plenô iederzeit abgelesen werden. (hoc *in Camera Imperii* in usu non est, sed legalitati Prototonarii Processus concipientis committitur.) Postmodum in Cancellariam (in die Reichs Hof Cansley) *ad describendum* dantur, idque vel in formâ patente, vel in formâ libelli, descripti ad Registratorem transferuntur

tur ad collationandum; post iterum ad Secretarium, ab hoc ad Imperii Vice - Cancellarium, & inde ad Sacratissimum Imperatorem ad subscribendum. Nihil enim à Cæsareâ Majestate subscibitur, nisi prius à Secretariò & dein ab Imperii Vice - Cancellariò sit subscriptum. Postquam jam Processus (vel alia Diplomata) Cæsarei nominis splendore insigniti sunt, taxandi veniunt & sigillandi. Et quidem si literæ sint minoris ponderis (ut Citationes, Mandata, Commissiones, **Paß - Brieffe** / privilegia impressoria aliave) sigillò minore muniuntur; si verò literæ sint Majestaticæ, **Fürsten - Grafen - Herrn - Adels - Brieffe / Lehn - Brieffe / Palatinaten &c.**) sigillum majus, in præsentia supremi Camerarii, qui sigilli illius perpetuus custos est, cæcæ rubræ imprimitur, atque in capsulâ majore filis aureis appenditur; Et tandem, solutâ taxâ, Processus seu Literæ Cæsareæ extraduntur.

§. II. In Imperii Camerâ Processus decreti similiter in Cancellariâ expediuntur, concipiuntur à Protonotariò secundum styllum consuetum, per ingrossistas seu scribas describuntur, & licet à Sacrà Cæs. Majestate non subscibantur, sub Ejus tamen nomine, titulò atque sigillò emittuntur, subscribente ad mandatum Electi Imperatoris proprium (ut stylus curiæ habet) Cancellariæ Directore (**Cansley - Verwalter**) ut & Protonotariò, vel si Cancellariæ Director sive Præfectus absens est, solò Protonotariò. In interregno verò sub Serenissimorum Dominorum Vicariiorum nominibus, ac sigillis, olim duobus distinctis, hodiè

hodiè unò duorum insignia præsentante, Processus emanant, subscribente *ad mandatum Severissimorum Imperii Vicariorum* jam dictò Cancellariæ Præfectò, nec non Protonotariò.

§. III. Paucissimis adhuc notandum, in expeditione Processuum *narrata supplicationum* iis de verbò ad verbum inserenda esse. *C. B. D. part. 3. tit. 12. §. und sollen in solchen Ladungs-Brieffen.* 3. ut is, contra quem emanant, instructus ad tribunal venire possit. Et quanquam *in Rec. Imper. de annò 1654. §. Diesem nechst 34.* dispositum sit, ut supplicationes unà cum processibus insinuentur, id tamen, ut superfluum, in praxi non observatur, sed species seu narrata facti ex supplicationibus partium desumuntur, atque processibus verbotenus inseruntur, uti jam dictum. Idemque *in Consiliò* quoque *Aulicò* in usu est. *R. S. D. Tit. 2. §. Diweil auch. ibi: auch den Mandatis, Rescriptis und andern Processen, die narrata supplicationis ganz / und weder weniger noch mehr / einverleibt.*

CAPUT IV.

Quomodo insinuentur

Processus Cæsarei,

ex

Aula Cæsaris & Imperii Camerâ
prodeuntes.

§. I.

§. I.

Processus Camerales insinuari debent aut per Nuncium iuratum (Einen geschwornen Cammer-Bothen) aut per Notarium immatriculatum. Nuncius, si una tantum sit persona, cui Processus Casarei insinuandi, ipsum originale ipsi præbet, copiam retentam; si verò pluribus facienda sit insinuatio, concordantem copiam singulis tradit, originale monstrat, legique permittit, atque ubique diem factæ executionis seu insinuationis, adscribit. De officio Tabellariorum in insinuandis Processibus vide Roding. lib. 4. tit. 13. Notarius verò immatriculatus in præsentia duorum testium insinuationem peragit, & legitimum desuper conficit instrumentum.

§. II. De factâ ac legitimè peractâ insinuatione Processuum, docendum in primò terminò, qui reproductionis terminus dicitur, in quò vel originale Processuum, vel Exemplum (sive copia) ab impetrante reproducendum est, cum retrospectâ utrobique nuntii relatione seu executione; Originale, quando pluribus: copia, quando uni insinuatio facta. Sed quando per Notarium immatriculatum Processus insinuatii fuerunt, non satis erit, sive Copiam Processuum sive Originale ipsum reproducere, sed Processus instrumentati (ut barbarè loquar, instrumentirte Proceß/hoc est, instrumentum insinuationis à Notario legitimè compositum & in id processum relati) producendi sunt. Simpliciter enim Scripturæ Notarii, si forsan ex simplicitate aut imperitiâ, more Tabellariis seu Nunciis usitatò, relationem insinuationis Processibus retrò adscriberet, fides in Cameram non tribueretur.

G 2

§. III.

§. III. *In Aulâ Caesaris* cùm ejusmodi Nuntii seu Tabelliones jurati, prout in *Camera*, non habeantur, omnes Processus, ex *Consilio Aulicò* procedentes, (*Citationes, Mandata &c.*) per *Notarium & Testes* insinuari debent, (qui desuper instrumentum conficit.) non tamen præcisè requiritur, ut *Notarius* sit *immatriculatus*, seu, in *album & matriculam Camera* receptus & *inscriptus*, quemadmodum in *Camera* obtinere, in principio capitis hujus diximus; sed satis est, si insinuatio fiat per *Notarium simplicem* (quomodo respectu *immatriculati* appellatur) *adhibitis Testibus.*



DISCUR.



DISCURSUS TERTIUS.

De

Ipsò Caufarum processu,
in supremis Imperii Romani Judicijs usitatò,
nec non
Sententiarum publicatione,
earumq; impugnatione.

Continuatio.

Consideratis iis, quæ processui caufarum vi-
am sternunt, eumq; præparant, ratio ordinis
requirit, ut jam ad *ipsum* in caufarum tractatio-
ne observandum *procedendi modum*, nostrum
vertamus discursum. Modus ille procedendi duplex
est: alius *audientia*, alius *ipfius caufe*. Processus *audi-*
entia est ordo, secundum quem Procuratores in Audi-
entia procedunt. Processus *caufe* alius est *simplicis*
querela, alius *appellationis*. De singulis in hóc discursu
brevissimis agemus; & pauca subjungemus de de-
cisione litis per judicem, qui ei finem imponit per sen-
tentiam definitivam. ubi consideremus cum senten-
tiarum *publicationem*, tum earum *impugnationem*. D. B.

H

CAP.

Publicis audientiis

in Imperii Camerâ usitatis,
modòq; in iis causas agendi.

§. I.

Audientia est actus publicus, in quò Procuratores litigantium desideria tam in scriptò quàm vivâ voce proponentes audiuntur. Instituebantur tales audientiæ in Camerâ olim singulis, hodiè tribus saltem in septimanâ diebus, Luna, Mercurii & Veneris, (horis pomeridianis) qui inde dies ibi appellantur *juridici* seu *legales*.

§. II. Dividitur in *judicialem* & *non-judicialem*. *arg. rubr. C. G. O. part. 3. Tit. 11. ibi: Vor den Deputaten nach der Gerichtlichen Audientz, & d. tit. 11. Spen. ibi: Nicht im Gericht/ sondern unter Ihnen selbst/ oder vor den Deputaten. seu, si mavis, in solennem & minus solennem.* Audientia *judicialis* est, quæ judice cum sceptrò pro Tribunali sedente celebratur. *Non-judicialis* seu *minus solennis* est, quæ judiciali audientiâ finitâ olim coram duobus, hodiè coram unò Assessore, absq; sceptrò ad mensam Proto- & Notariorum stante, peragitur. Vulgò vocatur *audientia coram Deputatis* seu *Deputatò*, Assessore nimirum, qui à judice seu vicariò ejus, finitâ audientiâ solenni discedente, ad id deputatur, ut Procuratores in certis quibusdam punctis audiat. Petuntur autem coram deputatò (1) prorogationes terminorum. (2) petuntur *commissions*,

nes, exhibentur articuli probatoriales, nominantur Commissarii, contraq; illos excipitur ac replicatur, ac usq; ad Rotuli productionem inclusivè ibidem proceditur. (3) disceptatur punctus cautionis in Revisionibus adversus sententias Camerales interpositis. (4) Manifestatur mors litigantium. (5) Indicatur tractatus concordia. (6) Litem esse transactam, significatur. (7) petuntur dilationes probandi.

§. III. In *Judiciali* Audientiâ certus observatur processus seu ordo, secundum quem Procuratores in eâ procedunt. Ordo ille vel *Procuratorum* est, vel *rerum ab illis agendarum*. Ordo *Procuratorum* in eô consistit, ut isti circa Tribunal secundum receptionis aetatem collocati, juxta ordinem eum negotia sua agant. Ordo *rerum agendarum* dicitur, qui certis rebus destinatus est proponendis. Ejus diversò tempore variae fuerunt species. Mittimus illas, quæ antiquitus in usu fuere. de quibus potest consuli Rodingius *Lib. 1. pandect. Cam. Tit. 5.* Secundum novissimam Constitutionem *per Decretum Commune d. 13. Dec. 1659.* promulgatam (quæ adhuc hodiè quoque in viridi est observantiâ) *quatuor* sunt *ordinum species*. (1) *Ordo sententiarum*. (2) *reproductionis*. (3) *Novarum*. (4) *Terminorum*. In ordine *sententiarum* agitur super sententiis, quæ eâ audientiâ exierunt, e. g. si procuratori alicui litis contestatio, vel conclusio causæ, vel aliud quid agendum per sententiam injunctum fuerit, sententiis omnibus publicatis in eâ audientiâ aut in proximâ lis contestanda, concludendum, & illud agendum, quod per sententiam injunctum. In ordine *reproductionis* processus ex Cancellariâ extracti Reoque insinuati in primò

terminò, qui inde terminus reproductionis dicitur, cum adjunctis reproducuntur. *Novarum* ordo est communis & universalis, & in eò Procuratores Principalem suorum desideria omnia, tam in scriptis quàm oratenus, proponere possunt, nisi aliquem terminum habeant, aut coram deputatis aliquid proponendum sit. In ordine *Terminorum* toties agendum, quoties per sententiam terminus aliquis fuit præfixus ex officio (*von Amts wegen angelegt*) aut admissus. (*Zugelassen und angelegt.*) De his rerum agendarum ordinibus hoc saltem adhuc notamus, quòd illustre Camerale Collegium eorum cursum in tantum, salutari consilio, acceleraverit, ut, cum olim multi anni transirent, antequam ii ordines rerum agendarum per ordines omnium Procuratorum decurrerent, hodiè indies volvantur ac revolvantur.

N³
 §. ult. In *Consilio* Imperatoris *Aulicò* nullus ejusmodi Actus Audientiarum in usu unquam fuit, nec aliquis similis. Nulli ibi Recessus orales à Procuratoribus habentur, nec adeò multi exhibentur Recessus scripti, si Reproductionis exceperis Recessus. Omnia scripta seu Producta in Terminis per Ostiarium (*den Reichs- Hofraths- Thürhüter*) Domino Præsidi aut vice- præsidi in Senatu paulò ante dissolutionem ejus (*R. S. O. tit. 3. in pr. verb. eine halbe Stunde vor dessen Endigung*) exhibentur; ubi singulis productis per Protonotarium dies, quò oblata, adscribitur, (in Camerâ Lectores in Audientiis id expediunt) & eorù rubricæ in Protocollum referuntur. *R. S. O. d. Tit. 3. in pr. verb. in den Reichs- Hofrath durch den Thürhüter einlieffern lassen.* Quando sigilla instrumentorum

37
rum sunt recognoscenda, eorumve subscriptiones,
coram deputatis id peragitur. *R. S. O. d. Tit. 3. §.*
Wann auch vor der Relation. Nec Procuratores & A-
gentes in conspectum Senatûs veniunt, nisi quando ju-
rant. *R. S. O. Tit. 6. §.* diejenige. verb. gleicher ge-
stalt die Lehens. Und und andre auffgelegte juramen-
ta judicialia zu End des Rathes öffentlich abgelegt und
erstattet werden. Nimirum omnia juramenta in Con-
siliô Aulicô *in plenô confesso* à Procuratoribus præstan-
tur. quod *in Camerâ Imperii* non obtinet; ibi enim Pro-
curatores jurant in publicis audientiis coram Domino
Judice aut ejus Vicariô & unô Assessore. Interdum
tamen & *in plenô confesso*, in publicatione nim. sen-
tentiaram, quando alicui per sententiam juramentum
aliquod injungitur.

CAPUT II.

De

Processu simplicis querelæ,

nec non appellationis.

§. I.

Consideravimus processum *Audientiarum*, sive
ordinem, secundum quem Procuratores Ca-
merales in Audientiis procedunt. Jàm de pro-
cessu *causarum* agendum, seu prosecutione
causæ à Processuum Cæsareorum reproductione usq;
ad sententiam definitivam; & primò quidem de Pro-
cessu *simplicis querelæ*, quæ ita dicitur *vel* respectu ap-
pellationis, quâ non unica & simplex, sed multiplex
querelæ ad judicem defertur, tot enim querelæ ibi

H 3

cen-

consentur, quot gravamina proponuntur; *vel* quia hæ simpliciter, appellationes autem relatè considerantur, seu ad illas simplices se referentes.

§. II. In causis igitur simplicis Querelæ (1) Procurator *actoris* se legitimando aut cavendo (se mandatum intra certum temporis spatium produciturum, **den Gewalt innerhalb 3. oder 4. Wochen einzubringen**) reproducit citationem cum retrospectâ executione, seu relatione nuntii de executione seu citationis insinuatione legitimè peractâ, & adjunctis. (2) Procurator *Rei* comparet, se legitimando aut cavendo de ratõ & mandatõ, agnoscit mandatum partis adversæ, & si quas habet exceptiones fori declinatorias, eas adjunctâ eventuali Litis contestatione opponit, ad libellum autem actoris respondere necesse non habet. **R. A. de anno 1654. §. und hat der Beklagte. 35.** (Si autem tantum dilatorias opponit exceptiones, iis cum eventuali Litis Contestatione etiam responsiones eventuales ad libellum actoris necessario adjungere tenetur, *secundum d. R. A. §. Es soll auch hinführo. 34.*) (3) Actor ad exceptiones has summarie respondet. (4) Reus in punctõ fori dat duplicas, & desuper submittit. (5) Actor dat replicas contra fori exceptionem, & similiter submittit. (6) Exceptionibus declinatoriis per sententiam reprobatis Reus producit responsiones ad libellum summarium breves atque distinctas, cum suis defensionalibus. (7) Actor dat exceptiones contra responsiones, junctis responsionibus ad defensionales. (8) Commissarii utrinque (si ita visum aut opus fuerit) postulantur, & probandi dilationes petuntur. (9) Posteaquam terminus pro-

probandi constitutus effluxerit, petuntur attestatio-
 num publicationes. (10) Reus ad productum Rotu-
 lum aliasque probationes excipit. (11) Idem facit a-
 ctor, ubi reus reprobatoriali examine usus fuerit &
 Rotulum seu alia Documenta produxerit. (12) Ad
 exceptiones, adversus Rotulum seu probatoriaia,
 exhibitas replicatur, & ab utraq; parte concluditur.
 Duplicare enim in puncto probatorialium vetitum est.
 R. A. de anno 1654. §. Ebenmaßig. 57.

§. III. Extremâ lineâ sic delineavimus proces-
 sum in causis S. Q. generalem. In plerisque autem
 causis S. Q. processus specialis observatur, alius nimi-
 rum in causis mandatorum cum, alius in causis man-
 datorum sine clausulâ; alius in causâ fractæ pacis, alius
 in causis pignorationis, alius in aliis. de quibus omni-
 bus latè agit Roding. Lib. 3 pandect. Cameral. Tit. 38. &
 seqq.

§. IV. Jàm paucis monstrandus quoque pro-
 cessus *appellationis*. Nimirum Procurator *appellantis*
 in primò terminò reproducit processus *appellationis*,
 (*citat. inhibitor. & compulsoriales*) vel in copiâ, cum in-
 scriptâ nuntii relatione, vel in Instrumento Insinua-
 tionis, vi mandati (*Krafft Gewalts*) quod exhibet,
 itemque si ipsa Acta prioris instantiæ producenda non
 habet, documentum requisitionis, petitque termi-
 num pro qualitate documenti ad producenda A-
 cta. Procurator *appellati* comparet similiter se legi-
 timando ad causam; exhibet, si quas habet, ex-
 ceptiones; impugnat formalia, si potest. (utrumque
 tamen cum eventuali Litis contestatione) e. g. und
 weilsn juramentum apud judicem à quò nicht abgelegt /
 und



und weiln *sūmma* nicht appellabil, und dem privilegio *Pein*
Genügen geschehn / so bitt ich *absolutionem à citatione*
cum expensis. Si verò Appellans ipsa *Acta priora* exhi-
 beat, petit iisdem impresi sigilli recognitionem,
 publicationem & communicationem h. m. *übergieb*
acta priora clausa & sigillata, bitt auffgetruckten *In-*
siegels recognitionem, communicationem, & terminum
ad libellandum. Si cum citatione inhibitio emanave-
 rit, & contra inhibitionem attentatum fuerit, simul
 ad pœnam agendum. Sin inhibitio non emanaverit,
 & attentatum fuerit, attentatorum revocatio postu-
 landa.

§. V. Si Appellatus exceptiones declinatorias
 vel dilatorias opposuerit, punctus iste exceptionum
 tractatur, prout in causis simplicis querelæ. Et si ex-
 ceptiones tales manifestè frivolæ & ad retardandam
 litem objectæ deprehendantur, pro arbitriô judicis
 in pœnam aliquot marcarum auri vel argenti con-
 demnatur. Hujusmodi autem exceptiones, decli-
 natorix vel dilatorix, si non opponantur, lis statim
 purè est contestanda. Ad contestandam autem litem
 appellatus negat narrata libelli, prout narrantur, &
 petit ut iudex pronunciet, *benè iudicatum, malè appel-*
latum esse, vel, ut sententiam priorem reformet, atq;
 pronunciet, *in hōc punctō benè, in illō verò malè iudica-*
tum esse, cum damnis & expensis. Appellans, si ni-
 hil novi proponere, sed statim super actis prioris in-
 stantiæ (id quod liberum illi relinquitur) conclude-
 re velit, contrà repetit libellum appellationis & acta
 prioris instantiæ locō gravaminum, & petit pronun-
 tiari secundum petita libelli appellationis, & ad co-
 gnitio-

61
gnitionem iudicis submittit. Appellatus etiam ad ta-
lem appellantis ad acta priora factam submissionem,
nisi ex beneficio appellationis communi, suâ ex par-
te, nova deducere contendat, quod ipsi liberum est,
eodem modo statim submittit, acta in passibus utili-
bus repetendo. R. A. de anno 1654. I. Auch in Sâllen. 66.
Cætera docebit praxis.

CAP. III.

De

Publicatione

Sententiarum Cameralium.

§. I.

DE *jure communi* partes ad publicationem sen-
tentia citandæ sunt, adeò ut & sententia Prin-
cipis, omisâ partium citatione, non subsistat.
At in Camera Imperiali partes ad audiendam
sententiam non citantur, sed sufficit, generaliter &
semel in principio litis legitimè citatas esse, & procu-
ratores apud Acta habere. *In Consilio Cesaris* cum nul-
la prorsus obtineat solennis sententiarum publicatio,
(vid. §. fin.) patet quòd similiter ad publicationem
sententiæ ibi partes non citentur. *Deinde de jure com-
muni*, si procurator litem contestatus sit, sententia
non in principalem, sed procuratorem fertur. Ve-
rùm *de stylo Camera consuetò* sententiæ definitivæ con-
tra ipsum Dominum litis feruntur, quod in Aulâ quo-
que obtinet augustissimi Imperatoris. Paucis jam
delineabimus solennitates, quæ *in publicatione senten-
tiarum Cameralium* hodiè observantur.

I

§. II.

§. II. Antequam sententiæ in summò Auditoriò Spirensi solennissimè publicantur, omnes priùs in Consistorio seu Senatu (in der Rath-stuben) Domino Judici, Præsilibus & Assessoribus à Protonotariò præleguntur, & summo Senatorum judicio denuò subjiuntur. Pòst amplissimò ordine ad Auditorium (die Audienz-Stube) procedunt; quò ubi veniunt, *Serenissimus Camera Judex, Ejusve Vicarius*, in Tribunal Imperiale, quod locò nonnihìl editiore in mediò sub auleò sericò est positum, adscendit, sceptrum judiciale, jurisdictionis symbolum, quod ipsi pedellus porrigit, dextrâ tenens. Ab utroque latere *Præsides & Assessores*, & hi quidem servatò ordine & dignitate Statuum, à quibus præsentati sunt, adsident. *Protonotarii cum Notariis & Lectoribus* ad mensam intra subsellia Tribunalis collocatam se conferunt; *Advocati & Procuratores* jurati Tribunal Imperii circumdant eò ordine, quò in Cameram Imperialem recepti sunt; à tergò *scriba eorum*, ut tenorem sententiarum calamò excipiant; *clientibus, practicantibus, aliisq; varia sortis hominibus* hinc inde circumstantibus & sedentibus; Mox *pedellò* signum baculò dante & silentium imperante, *Protonotarius* in medium prodit, & flexis genibus Dn. Judici honore factò, apertis foribus, altâ voce sententias ordine legit & pronuntiat.

§. III. Antiquitùs, ubi Assessorum auctior dabatur numerus, singuli Senatus alternando publicationi sententiarù intererant, & illi cum primis, qui sententiis concipiendis interfuerunt, & qui de statu & meritis causarum, in quibus sententiæ publicandæ, retulerunt. *R. A. de anno 1570. §. und dieweil nicht nöthig.* 59. hodiè verò ob eorum paucitatem *omnes in universum*

sum

sum Sententiarum publicationi interesse debent, nisi legitimò detineantur impedimentò.

§. IV. Publicationes hæ sententiarum Cameralium certo tempori non sunt adstrictæ. Olim quidem ob jam memoratū auctiorem Adfessorum numerum frequentiores erant, hodiè singulis sex vel quatuor septimanis, pro arbitriò Serenissimi Judicis, sententiæ publicantur, in magnò numerò, sæpius *bis centum*, plurimæ tamen interlocutoriæ, paucissimæ definitivæ.

§. V. In *publicatione Sententia Banni* peculiare observantur solennitates. Sententia nimirum jam dictò modò, quò omnes aliæ sententiæ, in summò Auditoriò priùs publicatur, postmodum Celsissimus Judex omnium Adfessorum numerò totâque multitudine stipatus in Aulam seu locum sub diò descendit, ibique fit solennis declaratio, Protonotariò schedulam declarationis frustillatim rumpente & in terram abiciente. Nec non ad petitionem partium denunciatio banni in Cancellariâ in formâ probante perscripta bannitis per Nuntium Cameralem transmittitur, quod an Camera etiam ex officio faciat, non ita exactè indagavi. In *Aulâ Cesaris* in poenam banni declaratis bannum *per Praconem Cesareum* (Kens. Reichs-Herolden) in locò domicilii denuntiatur, hoc est, declaratoria banni bannitis per Praconem publicè prælegitur, & si universitas est, curiæ vel (si non permittatur præconi in civitatem introitus) portis in vidimatâ copiâ affigitur, vel si & hoc prohibeatur, ante portas in conspectu excubiarum deponitur. *Videatur instructio, wornach sich Herr Kayserl. Reichs-Herold bey Vere*
J ij **Küne**

64
Eändung der Reichs-Abt in Erfurt zurihten.
Würgb. 1663. Modus, quò *Status Imperii* in Bannum
declarandus, in eorum est numerò, quorum decisio
ad moderna Comitria est rejeeta. Est quidem in pro-
jectò Electorali Capitulationis Cæsareæ constantis &
perpetuæ, in modernis Comitriis Ratisbonæ M. Majò
1664. per publicam dictaturam communicatò *art. 20.*
talis modus delineatus, sed de eò, uti & de aliis in istò
projectò contentis, in illustri Principum Senatu hucus-
que deliberatur, adeoque communem decisionem ad-
huc expectamus.

§. 6. Cæterùm in *Consilio Imperiali Aulicò* nul-
la prorsus sententiarum publicatio obtinet, quemad-
modum in *Camerâ Spirensi*, sed quando sententia in Se-
natu est concepta, per secretarium procuratoribus seu
agentibus id notificari solet. Singulis nimirùm die-
bus secretarius rubricas causarum, in quibus vel De-
creta vel Sententias Senatus tulit, in schedulâ annotat,
eamque in ædibus suis januæ musæi sui affigit, atque ita
procuratoribus id notificat. qui sententiam ex Can-
cellariâ in formâ probante sibi extradi, & parti adver-
sæ per Notarium & testes insinuari curant.

CAPUT IV.

De

Remediis juris

adversus sententias
Camerales & Aulicas.

§. I.

Quamvis à sententiis in supremis Imp. R. Tri-
bunalibus latis appellare aut provocare ne-
mo possit, partes tamen ibidem litigantes
non omni destituuntur remedio.

§. II.

§. II. Cameralis sententia impugnatur *vel per petitionē restitutionis in integrum*, quā partis error, *vel per Revisionem*, quā Referentis culpa, *vel per Syndicatum*, quō Referentis dolus aut Procuratoris prævaricatio redarguitur. Quæ remedia etiam in hōc differunt, quōd restitutio coram eōdem iudice, qui sententiam tulit, Camerā scil., revisio verō & Syndicatus coram Commissariis Imperatoris & Statuum Imperii instituantur.

§. III. *Petitio restitutionis in integrum* est imploratio officii Iudicis Cameralis, ut sententiam à se laram (sive definitivam sive interlocutoriam, utrobique enim restitutioni locus relinquitur) certis & legitimis de causis (*reßlichen Ursachen / item Ursachen / so zu vor nicht vorbracht* / quæ non articulati, ut antiquitus *C. G. O. part. 3. tit. 52. in fin. sed secundum jus hodiernum summarie proponendæ. R. A. de anno 1654. §. Diesem nechst. 34. vers. daß nemlich.*) retractet, & jus per sententiam ablatum restituar.

§. IV. Rogatur autem restitutio in integrum (per procuratorem causæ, vi generalis ad acta producti mandati in specie etiam ad eam petendam instructum.) *vel brevi manu vel præviâ partis adverse citatione.* Utraque *vel judicialiter vel extrajudicialiter*, pro re natâ & supplicantis arbitriō. Frequentissime autem pro restitutione brevi manu, vel etiam pro citatione ad videndum se restitui, extrajudicialiter supplicans ad iudicium remittitur, (si nimirum dubium sit, an causæ satis sint legitimæ) ut auditâ parte alterâ & cum majore causâ cognitione restitutio per sententiam vel denegetur, vel decernatur.

§. V. Interdum quoque partis adversæ citatio præcisè requiritur, si nimirum restitutio adversus sententiam definitivam vel ejus vim habentem rogatur, quia hîc libellus, litis contestatio & reliqua requiruntur. *juxta Mysingerum 1. obs. 49.* Aliàs ubi prævia citatio non requiritur, imprudenter quis ad eam defleat, qui brevi manu restitutionem impetrare potest. Sic restitutiones adversus lapsum fatalium ut plurimum brevi manu rogantur, decernunturque facîle, si fatalia lapsa sint, vel per negligentiam Nuntii Cameralis, aut Notarii processus tardiùs insinuantis; vel etiam Procuratoris, eos tardiùs reproducentis, si tamen is solvendo sit, damnum culpâ suâ datum partibus resarcire debet.

§. VI. Jàm pauca de Revisione, quæ est remedium extraordinarium, quò per sententiam Cameralem læsis ex quâdam benignitate per Commissarios Imperatoris & Statuum Imperii ad id deputatos revidendo Acta succurritur. Peti ea debet hodiè *secundum R. 7. de anno 1654. §. in Sâllen. 125.* intra quadrimestre à die latæ sententiæ sub poenâ desertionis, apud Electorem Moguntinum, vel eò in causâ interesse habente, apud Trevirenses, per supplicationem, in quâ significatur, supplicansem per sententiam hòc vel illò die in Camera latam (cujus copia simul adjungenda) se maximè gravatum sentire, atque hinc in Ordinatione præscriptum Remedium Revisionis apprehendere coactum fuisse, rogando, ut hoc Cæsareæ Majestati & futuris Revisòribus, ut & Judicio Camerali notificare velit. *Formulam vide apud Schwanemannum lib. 1. process. Cam. cap. 75.*

§. 7.

§. VII. Supplicanti ex Cancellariâ Mogunti-
 ni documentum factæ intimationis datur hisce for-
 malibus: Dem Hochwürdigsten Fürsten und Hn. Hn.
 Johann Philipp/Erzbischoffen zu Maynz und Chur-
 Fürsten etc. unsern Gnädigsten Herrn/ ist der Gebühr
 gehorsamlich vor- und anbracht worden/ welcher Ge-
 stalt bey Ihrer Churfürstl. Gn. N. N. umb Ausschrei-
 bung einer Revision von angeudeuten in Sachen N. N.
 wieder Ihn beklagten/ citationis super fractâ pace,
 den M. Anno am Kayserl. Cammergericht
 zu Speyer ergangenen Bescheid/ in unterthänigkeit
 angesucht und gebehten. Darauff wollen höchstge-
 dachte Ihre Churfürstl. Gn. gnädiglich nicht unter-
 lassen/ Krafft tragenden Ihres Erz-Cancellariat-
 Amts/ und was in dergleichen Fällen die Kayserl.
 Cammergerichts-Ordnung vermag und mit sich bring-
 get/ dieses an Sie geschehen suchen/ dem herkommen
 gemäß/ gehöriger Orten zu denuntziren und zuver-
 fünden. Und solches hat man dem Supplicanten zur
 Nachricht hiermit anfügen wollen. Signatum
 Maynz unter höchstged. Ihr. Churf. Gn. zu End auff
 gedrückten Cansley-Secret. den Anno

L. S.

Maynz. Churfürstl.
Cansley.

Et

Et hæc schedula (*Notification- Zettel*) intra dictum quadrimestre per Procuratorem extraneum aut saltem Notarium (Procuratores Camerae jurati ob respectum, quem debent iudicio huic, hodie non audent Camerae revisionem notificare, aut rogare ut revisioni deferat.) Camerae insinuanda, gravaminibus etiam simul exhibitis; nec non iuramentum revisorium à parte simul & advocatò præstandum, itidem sub præiudiciò desertionis. *Formula notificandi talis*: Auff empfangenen Befehl erscheine wegen Ihr. Fürstl. Durchl. N. N. hinterlassnen Herrn Consler und Rähten / krafft Original- Gewalts; Und demnach Ihr. Fürstl. Durchl. durch die am 21. Mart, jüngsthin allhier ausgesprochenen Urtheil zum höchsten beschweret / dannenhero revisionem zusuchen be- nöthiget; Als repetire zu dem Ende Churfürstl. Mayn- tisches für etlichen Tagen zu diesen Hochlöbl. Kayserl. Cammergericht eingeschicktes Notification- Schreiben acceptata Revisionis, sammt darinn verschlossnen Urtheil sub litt. A. sodann specialen Gewalt Advocati causæ ad præstandum iuramentum revisionis, allenthalben untersehter respectivè Hand und Siegel recognitionem bittend. Dann ferner locò gravaminū repetire narrata Ihr. Fürstl. Durchl. N. N. an Chur- Maynig sub 16. Jun. jüngst abgelassnen Schreibens; fals auch Ihr. Fürstl. Durchl. zu gleichmäßiger præstation iuramenti von Rechtswegen gehalten seyn solte / bin ich auch in dero Nahmen Gewalt einzubringen / und das iuramentum abzulegen er- biethig.

§. VIII.

§. VIII. Revisiōe jām instituendā, pars, quæ Revisiōem petiit, certam pecuniæ summam (quantum Revisores habitā ratione causæ & personæ arbitrabuntur) deponit. Domini Visitatores ac Revisores sub fide specialis jurisjurandi in Ordinatione præscripti, ut & Assessores Cameræ, per quos sententia fuit lata, religione juramenti, quod initiō officii jurârunt, omnia & singula causæ revidendæ Acta summā diligentia perlegūt, revident ac perpendunt. Postmodum Assessores, causas ac fundamenta rei à se judicatæ demonstrant. Visitatores verò soli, momentis causæ ponderatis, sententiam priorem vel reformant vel confirmant. Si sententia reformatur, parti victrici pecunia deposita restituitur, si confirmatur, eam perdit. *C. G. D. part. 3. tit. 53. §. darauff sollen. 4. in fine.* Executio verò sententiæ reformatæ ex præscriptō Ordinationis non ad Revisores, sed ad Cameram spectat. *C. G. D. d. §. darauff sollen. ibi in fine: und mit der Execution solcher reformirten Urtheyl an dem Cammergericht vollnfahren werden.*

§. IX. Sed cū de hâc materiâ revisiōis integri extent tractatus, in primis absolutus ille & à toto Orbe literatō approbatus, quem illustris Cameræ Assessor, *Benderus*, in lucem misit, meritō plura addere superledemus. De *effectu revisiōis* pauca adhuc. De quō olim maxima inter Doctores controversia fuit, *an nimirum revisio executionem suspendat?* quæ per Recessum Imperii de anno 1654. decisa fuit, per quem *effectus suspensivus* in Revisiōibus futuris *in totum sublatus* est, modò pars victrix *sufficientem* præstet *cautionem* de restituendo judicatum, ubi in

K

Revi-

Revisorio succubuerit, exceptis causis religionem & spiritualia concernentibus. d. R. A. §. Nach Bes
 rabschlagung. 124. in fin. verb. in Geistlichen oder Res
 ligions Sachen.

§. X. Hæc ita de Revisione in Ordinatione &
 aliis publicis Constitutionibus sunt disposita. Sed à
 longissimò tempore (ab anno 1558.) in hodiernum
 usque diem, omnes Revisiones hæctenus petita, o-
 mnium Civium afflictorum dolendis suspiriis, im-
 mobiles hærent. *Syndicatus est*, quò litigator, qui
 iniquam se gravatum sententiã dicit, ipsum judicem de
 dolò, quòd prece vel pretio corruptus, favore aut o-
 diò injustam dixerit sententiam, accusat. C. S. O. part.
 3. tit. 53. §. Wo aber einige Partheyen. Add. Paris de
 Puteo tract. de Syndicatu. In petendo instituendoque
 syndicatu eadem forma, quæ in Revisione, observari
 debet. d. C. S. O. part. 3. tit. 53. §. wo aber. in fin.

§. XI. Jam de Remediis adversus sententias Ju-
 dicii Aulici. De iis textus habetur in R. S. O. Tit. 5. §.
 Dafern sich nun. ibi: Dafern sich nun ein oder ander
 theil durch die am Kayß. Hof gefällte Urtheil gravirt
 zuseyn vermeynen/ und dannhero entweder per viam
 nullitatis, syndicat9, restitutionis in integrum oder sonst
 einig ander im Recht zugelassnes Mittel/ dardurch die
 Urtheil infirmirt werden könnte/ vor und an hand neh-
 men wolte/ daß solle Ihm vermög des Münsterischen
 Friedensschlusses Art. 5. §. quoad processum. 54. per
 viam supplicationis zuthun erlaubt seyn/ und auff sol-
 chen fall der in letztgedachten Friedensschluß vorgeschrie-
 bene modus procedendi observirt werden.

§. XII.

§. XII. Locò igitur Revisionis in Camerâ usitata, licitum est parti gravatâ à sententiâ in Judiciò Aulicò latâ *ad Cæsaream Majestatem supplicare*, ut acta judicialia denuò, adhibitis aliis gravitati negotii paribus, neutriq̃ue partium additis, ex utrâq̃ue religione æquali numerò Consiliariis, & qui concipiendâ & ferendâ priori sententiâ non interfuerunt, aut certè Referentium aut Correferentium partes non sustinuerunt, revideantur; liberumq̃ue est Majestati, in causis majoribus & unde tumultus in Imperiò timeri possent, insuper etiam quorundam utriusq̃ue Religionis Electorum & Principum sententias & vota requirere. *Ita expressis verbis dispositum in allegatò locò Instrum. Pac. Cæs. Svec.*

§. XIII. Quamvis verò hoc supplicationis medium alicubi *revisio* quoq̃ue appelletur, *uti in Capitulo novissimâ Leopoldinâ §. 42. verbis: Was auch einmahl in erst gemelten unsern Reichs-Hofrath in judicio contradictoriò cum debitâ causâ cognitione ordentlicher Weise abgehandelt und geschlossen ist / dabey soll es fürders allerdingß verbleiben / und nirgends anders / es seye denn durch den ordentlichen Weg der in offtermelten Friedensschluß beliebter Revision (welche iederzeit / quoad processum, nach Besag erstgedachten Friedensschlußes / durch unpartheyische Reichs-Hof-Räthe / so nicht bey Verfassung der vorigen Urtheil / viel weniger referenten oder correferenten gewesen / ausgefertigt werden soll) von neuen in cognition gezogen. etc. unde & Autor Comitologiæ part. 5. fol. 366. revisionem in Aulâ Cæsareâ locum habere dicit; quomodo etiam in se per viam supplicationis nihil aliud*

intenditur, quàm ut fiat revisio actorum; Nihilominus tamen *informâ* tam *instituendi* quàm *prosequendi* inter se differunt. Nec enim intimatio apud Moguntinum, nec fatale denuntiandi revisionem, ut in Camerâ, nec Revisores Statuum requiruntur, quod satis *ex allegatis locis I. P. & Ordin. Conf. Aul.* patescit.

§. XIV. Et quia *iuxta modò citatum Instrum. Pac. & Ordin. Conf. Aul.* hoc unicum remedium *supplicationis* adversus sententias in Senatu Cæsaris Aulicò latas indigitatur, appellationes, quæ à *Cæsare malè informatò ad meliùs informandum*, vel à *Cæsare ad Imperium*, olim ab aliquibus tentatæ, per hoc non obscurè explosas esse, Dd. opinantur.

§. XV. Sed *an huiusmodi supplicatio effectum suspensivum habeat?* quæri posset. Quamvis enim in Revisionibus, *per Recessum Imperii de anno 1654. §. Nach Berathschlagung. 124.* effectus suspensivus sublarus, factâ idoneâ cautione, uti supra memoravimus; ratio tamen *dubitandi* posset desumi tam ex diversitate supplicationis hujus, & Revisionis Cameralis, *de quâ in §. preced. 13. diximus*; quàm ex expressis verbis *Instrum. Pac. art. V. §. 54.* ibi: *ne partes ibidem litigantes omni remedio suspensivò destituantur.* Verùm ea verba intelligenda esse opinamur de casu, si non legitimè caveat executionem quærens, prout tam *in R. I. de anno 1654.* quàm ante eum *in Auth. que supplicatio. C. de precib. Imper. offer.* requiritur; ea enim cautio si non fiat, effectus suspensivus omninò locum habet,
d. *Auth.*

d. Auth. qua supplicatio. ubi expressè dicitur: *sententia non aliter executioni mandabitur, nisi vidtrix pars dignam fidejussionem prabuerit tantum restituendi cum legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione, si legitimâ retractatione sententia resolvatur.* Eatenus igitur supplicatio rectè dici potest remedium suspensivum. Factâ autem idoneâ cautione effectus suspensivus cessat, sicut in revisionibus, ita & in supplicationibus. Sicut enim in aliis plurimis, ita & in hóc (quoad effectum) cum revisione supplicationem convenire putamus, & quod dispositum in unô remediô, in alterô quoque valere.

CAPUT V.

De

Executione sententiarum

in Aulâ Cæsaris & Imperii Camerâ
latarum.

§. I.

Sententiæ tam in Aulâ Cæsaris quàm in Imperii Camerâ latæ *secundum Ordinationem Executionis* (der Executions-Ordnung) effectui dantur. Alii igitur in Imperiô, qui de litibus ac controversiis Imperii Civium cognoscunt & sententias fe-

K 3

runt,

runt, alii qui sententiâs realiter exequentur. Camera mandata de exequendo emittit, Consilium Aulicum ut plurimum Commissiones ad exequendum; utriusque verò processus ad Principes Circulares, (Erenschreibende Fürsten) diriguntur, & eundem effectum habent, nomine saltem differentes.

§. II. Semper tamen hujusmodi executioni reali præmittuntur *executoriales*, quæ sunt literæ, quibus Camera vel Consilium Aulicum nomine Cæsaris, sententiæ latæ partitionem victæ parti, sine clausulâ justificatoriâ, præfixo ad hoc termino imperat, junctâ citatione ad docendum de partitione vel videntum se declarari in poenam executorialibus insertam.

§. III. Hæ autem *executoriales* hodiè non separatim, ut olim, è Cancellariâ impetrantur, sed semper *sententiæ* (quoties executione opus, nec pars victrix in possessione est) *annectuntur*, secundum Rec. Imp. de anno 1654. §. dicitur auch. 159. & terminus præstandæ docendæque partitionis pro distantia locorum, ordinariè & communiter 3. mensium in ipsâ sententiâ assignatur, sub poenâ arbitrariâ, regulariter 10. marcarum auri,

§. IV. Quòd si sententiæ & annexis executorialibus non pareatur, suspensâ declaratione poenæ, præmittuntur *aliquot paritoria* (numero in Camera incerto, pro arbitrio judicis, in Judiciò verò Aulicò regulariter tres, raro quatuor) crescente verò contuma-

75

tumaciâ vel arctiores executoriales decernuntur sub
comminatione dupli & realis executionis; vel etiam
statim contra non parentem aliquot paritoriiis, *man-*
datum de exequendo vel commissio ad exequendum decer-
nitur ad Directorem Circularem, den Cranz, auge-
schreibenden Fürsten / vel etiam ad iudicem domicilii,
tam ad exequendam pœnam commissam quàm cau-
sam principalem.

§. V. In Causis *Appellationum* sententiæ defini-
tivæ similiter executoriales pœnales annectuntur,
quibus parti victæ paritio inter certum terminum
præstanda sub comminatione 10. marcarum auri in-
jungitur. Istitis verò quando non paretur, præmissis
aliquot paritoriiis, *mandatum executoriale* ad iudicem
à quò decernitur, eique executio realis intra certum
terminum facienda itidem sub comminatione pœnæ
10. marcarum auri injungitur. quòd si verò inferior
iudex huic mandato non pareat, tunc declaratio pœ-
næ simplicis & *mandatum arctius* (sub pœnâ dupli)
peti solet, & arctius quidem facile obtinetur, raris-
simè verò declaratio pœnæ, observantiâ id demon-
strante. Quòd si verò causa deserta vel non devolu-
ta pronuntiatur, tunc executio ipsò jure ad iudicem
inferiorem pertinet; si tamen is cesset in executio-
ne faciendâ, tunc ex aliò capite, scil. *denegata justi-*
tia, Processus in Aulâ Cæsaris vel Camerâ contra eum
obtineri possunt,

§. VI. Patet jam differentia inter varios Pro-
cessus, quæ in punctò executionis in his supremis
im-

impetrantur judiciis; *executoriales* nim. ad partem
 victam diriguntur, & tam in causis S. Q. quàm appella-
 tionis in usu sunt; *mandata executorialia* ad judi-
 cem, à quò appellatum fuit; *mandata de exe-
 quendo vel Commissiones ad exequendum*
 ad Principes Circulares emit-
 tuntur.



DIS.



DISCURSUS QUARTUS
& ULTIMUS.

De

PERSONIS,

justitiam in supremis Cæsaris
& Imperii Judiciis,
administrantibus.

Continuatio.

Agendum nunc *de summis Justitia sacerdotibus*,
qui in supremis Imperii Rom. Prætoris, Au-
licò & Camerali, quotidie Divæ huic faci-
unt sacra, ejusque munus in Orbe Romanò
administrant. Addemus quædam *de Advocatis &
Procuratoribus, eorumque officio.*

De aliis personis, quæ negotiis expediendis in-
serviunt, operosè agere vix putamus proficuum.

CAP. I.

De

Judice Cameræ Imperialis,
ejusque Vicariis,

z

226

Præsides ac Vice-Præsides

Consilii Aulici.

§. I.

Imperialis Camerae Judex Imperatorem ipsum, cujus vices gerit, repræsentat. R. A. de anno 1654. §. d. amit aber auch. 165. unde & locò. Casarea Majestatis, ipsi omnes Supplicationes, Memorialia, & Producta omnia inscribuntur, uti supra jamtum (disc. 2. cap. 1. §. 6.) notavimus. Constituitur à S. Cas. Majestate, ex Principum Germanorum, Ecclesiasticorum aut secularium, vel saltem Comitum aut Baronum ordine delectus. Officium Ejus amplissimum, multiplex & varium, & in compluribus actibus, tam judicialibus quàm extrajudicialibus, aliisque negotiis & curis consistit. Vid. latè C. G. O. part. 1. tit. 10. §. 11. Breviter: Totius Judicii Caput est, Ordinationis custos atq; vindex.

§. II. Si judex à judicio absens est, quemadmodum sæpissimè id accidit, si nimirum vel morbo vel negotiis in Provinciis suis detineatur, partibus ejus funguntur *Præsidentes*; qui similiter denominantur & ordinantur ab Imperatore vel Rege Romanorum, ex Comitum vel Baronum Germanorum serie. Eorum quondam duo tantum fuere, sed per *Rec. Imp. de anno 1570.* tertius, & per *Instrum. Pac. de anno 1648.* quartus additus fuit, ita ut ex utrâque religione, Augustanâ & Catholicâ, duo seligi debeant. *Hodie* tamen unus tantummodò Augustanæ Confessionis habetur, & unus Catholicæ religionis. Præsidentibus his, cum

79
cū vicarii Judicis sint, pleraque officia incumbunt,
quæ judici ipsi; iisque idem honor, qui judici, ea-
demque observantia exhiberi soler. Quod si nec Ju-
dex nec unus ex Præsidibus in locō sint, officium ju-
dicis comperit Electorali Moguntino Adfessori, vel
qui illum proximè sequitur.

S. III. *Præses Consilii Aulici* (cujus caput & Ju-
dex, ipsa Cæsarea Majestas est. *R. H. D. Tit. 1. princ.*
ibi: Unser Kayserlicher Reichs-Hofrath / dessen obri-
stes Haupt und Richter allein wir und ein ieder Röm-
ischer Kayser selbst ist.) similiter à Cæsare constituitur
ex Principum Imperii, Comitum seu Baronum orde-
ne. *R. H. D. Tit. 1. princ.* mit einem verständigen / und
wie zu Führung eines solchen Amts von nöhten/
wohl qualificirten Præsidenten / der ein Reichsfürst /
Graff oder Herrenstands sey. *Supremus is Consilii*
Director est, summum occupans locum, colligens
vota & concludens. R. H. D. Tit. 1. 5. In solchen Fall.
ibi: Unser Reichs-Hofrathes-Præsident / als das nach-
gesetzte Haupt / iederzeit den Vorsitz / die Umfrag /
den Beschlus und die ganze Direction haben. In hu-
jus absentia Vice-Præses munere ejus fungitur, vel si
& is absens est, alius Consiliarius, proximus scilicet,
non tamen in Doctorum scamno, (auff der Ge-
lehrten Banck) sed in Nobilium ordine,
auff der Cavalier-Banck. de qua duplici
Consiliariorum Aulicorum serie age-
mus in seq. cap.

Adfessoribus Cameralibus,
nec non
 Confiliariis Cæsareis Aulicis.

§. I.

Summi Principis vice de causis Civium Romano-
 rum cognoscere, judicare, & ad Juris normam in
 Sacro Imperio administrare justitiam, munus est
 dignitate plenum, plenum divinitate & splendore.
Adfessoribus Cameralibus id competit, qui cum Judice
 vicem Cæsaris Ordinumque Imperii gerunt, atque
 perpetui Imperii R. Senatores sunt. *Adfessores* dicun-
 tur, quia judici adsident, & proximum ab eo locum
 tenent, omnemque ei operam in cognitione & di-
 judicatione causarum præstant, imò ipsi quasi *judices*
 sunt. *C. G. D. part. 3. tit. 53. §. ob sich aber 6.* ubi
 appellantur: *Urtheysler.* non enim causas solùm co-
 gnoscunt, sed & decidunt & sententias ferunt. Sunt
 autem ex parte Augustanæ, ex parte Catholicæ reli-
 gionis, imò & unus Reformatæ. *N. U. de anno 1654.*
§. Doch soll darbey. 23. Catholicorum verò numerus
 cum hodiè longè amplior, quàm Evangelicorum, in
 causis inter diversæ religionis Principes, ex utràque
 religione pares ad earum decisionem deputantur. De-
 inde partim Comites, Barones & ex Equestri ordine
 sunt, partim Jureconsulti.

§. II. *Eorum consideranda tum presentatio seu
 nominatio, tum electio. In Instrumento Pacis de anno
 1648*

1648. constitutum quidem, ut *quingenta Adfessores Camerales*, ex utraq[ue] religione pares præsententur & ordinentur, numerus tamen iste nondum impletus, imò ne dimidius quidem. *Imperator* constituit iudicem, quatuor Præsides (ex his duos Augustanæ Confessionis) & duos Adfessores. Reliqui Adfessores à *Statibus Imperii* præsentantur, & quidem à Catholicis viginti quatuor, & ab Evangelicis itidem viginti quatuor, atque ex singulis circulis mixtæ religionis non tantùm duos Catholicos, sed etiam binos Augustanæ Confessionis addictos assumere & eligere fas est. *d. Instrum. Pac. art. V. §. 2.* In Circulis autem qui Principes jus præsentandi habeant, s[ic]hema demonstrat. id tamen ex omni parte perfectum nondum est. *d. R. N. §. notandum. 30.* & multi, præprimis in Circulò Rhenanò superiore, jus præsentandi adhuc prætendunt.

§. III. *Præsentatio* igitur ad Adfessoratum competit Cæsari & Imperii Ordinibus. *Electio* verò Iudici Camerali & Adfessoribus, qui ex iis, qui præsentantur, maximè idoneum cooptant. Olim enim duos aut tres simul præsentare necesse erat, sed ex Constitutione novissimâ *d. R. 1654. §. Altes Wohl ober und weil. 27.* si unus idoneus præsentatus fuerit, Collegium Camerale illum recipere & ad relationem pro Adfessoratu admittere tenetur. Traduntur nimirum *præsentato*, ad exhibendum industriæ specimen, *Acta referenda*, de quorum contentis & causæ meritis postmodum à deputatis, coram quibus Dominus Præsentatus Acta refert, amicè interrogatur; exploratâ per relationem industriâ & eruditione suffragia singulorum Adfessorum à iudice aut ejus vicariò colli-

guntur, quibus annuentibus solenniter in Collegam & Adfessorem in plenò confessu recipitur. Quod munus susceptum ante *sexennium* sine justis causis à se abdicare non potest.

§. IV. *Illustres Consilarii Cesaris Aulici* (de quibus sine præjudiciò ordinis nunc agemus) similiter ex parte *Augustana Confessionis*, ex parte *Catholica religionis* sunt. Evangelici numerò quidem Catholicis sunt impares, (ut in Imperii quoque Camerâ) votorum tamen pondere æquales. Intellige, si nimirum Evangelici (etsi duo tantum aut tres vel quatuor sint) convenient ab unâ parte, & Catholici ab alterâ parte, etsi personarum numerò differant, votorum tamen valore per fictionem quandam pares habentur, & in suspenso decisio relinquitur, votumque seu consilium commune faciunt, quod Cæsaris decisioni subicitur. Si verò Catholicus unicus Evangelicis votò suò accedat, tunc Evangelici majora habent, & vice versâ. Quicquid sit, optandum omninò esset (*cum Auctore der Grundvest des Rom. Reichs. part. 3. cap. 5.*) ut paritas aliquando fiat realis; cessante fictâ.

§. V. In causis tamen inter diversæ religionis Principes (in Saxon / so zwischen den Catholischen und Augspurgischen Confessionen, Verwandten schweben / oder auch / wann Catholische wieder Catholische streiten / und der tertius interveniens ein Augspurgischer Confessionen, Verwandter ist / aut vice versâ, R. S. D. tit. 1. §. wir wollen auch.) paritas realis observatur, & Consilarii ex utrâque religione quoad numerum personarum pares deputantur (imprimis, si idâ partibus petatur) ad ejusmodi causas disceptandas & deci-

Decidendas. R. H. D. d. l. ibi: mit Zuziehung beyder-
seits Assessorn, in gleicher Anzahl / erörtert und ent-
schieden werden. quemadmodum quoque in Imperii
Camerâ observari *suprà* diximus in S. 1. Add. R. H. D.
d. l. ibi: mit allem bey dem Cammer- Gericht / son-
dern auch bey unsern Kayserlichen Reichs-Hoff Rath.

S. VI. Deinde Consiliarii Caesaris Aulici iti-
dem partim ex *Equestri ordine*, partim ex *Literatò orbe*
selecti sunt. Consiliarii ex equestri ordine in Consi-
storio Summi Principis dextrum latus tabula, (der Ca-
valler Bandt / sive der Ritter Bandt /) Jureconsulti al-
terum (der Gelehrten Bandt) occupant. R. S. O. Tit.
1. S. die Session der Reichs Hofräthe belangend: utrobi-
que eò ordine, quò in Consilium recepti. Priores o-
mnes sunt vel *Principes*, vel *Comites*, vel *Barones*, eru-
ditione & experientia pollentes. R. H. D. Tit. 1. pr.
mit gnugsamer Anzahl Reichs-Hofräthen / gleichstals
von Fürsten / Graffen oder Herrn / Rittermässigen etc.
so in den Rechten und Reichsachen wohlgeübt / und
die Gerichtliche Processen zureferiren tauglich und
geschickt. Et *Capital. Leopold. S. 40.* ibi: Mit Für-
sten / Graffen / Herrn / von Adel / und andern ehrli-
chen Leuten. Posteriores sunt *Doctores*, & alii sum-
ma eruditionis Viri. R. H. D. d. l. graduirten oder
sonsten gelehrten / wohlverfahrnen / ansehnlichen /
frommen und geschickten Personen. Inter quos in
collectione votorum illustrissimus judicii Praeses
hunc ordinem observare debet, ut in *causis judiciariis*
à Jureconsultis, initium faciat; in *causis* verò *status*
aliisq; ab *Equestri ordine* incipiat. R. S. O. Tit. v. S.
demnach dann. ibi: Demnach dann von alten her ein
Unter-

Unterscheid gehalten / und dieselbe auff zwo Bäncke abgetheilet worden / so solle gleichwohl unser Präsesident dieses auffsehen haben / daß in Sachen die Justitiam betreffent / mit Frag der ersten Stimmen an den Gelehrten / aber in Staats- Landts- und dergleichen Sachen / an den andern angefangen werde. Quoad referendi verò onus nulla est inter eos distinctio, & cuicunque Dominus Præses acta referenda tradere potest. R. S. O. tit. 1. §. Alle diese verb. Darinnen ohne Unterscheid des Stands gebührlich referiren.

§. VII. Numerus Consiliariorum Aulicorum in Ordinatione Consilii Aul. Ferdinandi 3. Tit. 1. §. und die weil. quidem determinatus est, ibi: Daß hinführo iht. erwehntes unsers Reichs- Hofraths- Mittel über achtzehn Personen / miteingeschlossen des Reichs- Hofraths-Præsidenten / sich nicht erstrecken soll. Sacratissima tamen Cæsarea Majestas isti numero non aded est adstricta, ut non possit uni vel alteri ob singularia merita, locò licet nullò vacante, illustrem Consilarii conferre honorem, Sic novissimè præterlapsò annò 1663. d. 4. Maji stil. nov. supra octodenarium numerum quatuor novelli Consilarii, à S. Cæs. Maj. electi, tres ex equestri ordine & unus Literatus aut Jureconsultus, solenniter in Consilium per supremam Aulæ Magistrum introducebantur.

§. IIX. Quoad Nationem, Germanos esse Consilarios, Constitutiones publicæ volunt. R. S. O. Tit. 1. pr. verb. so im Reich Teutscher Nation geböhren. Capitul. Leopold. §. wir wollen auch. 4. verb. grössers Theils / so im Reich Teutscher Nation geböhren. Non tamen ex Imperii Circulis ab ordinibus præsentantur
Consilia-

Consiliarii Aulici, quemadmodum Adlesores Ca-
merales, sed liberò Cesaris arbitriò tam ex Regnis &
Provinciis ejus hæreditariis quàm Imperii Circulis
(Evangelici nimirum aus denen Reichs-Crayßen/dar-
rinnen entweder die Augspurgische Confession-Ver-
wandte allein / oder zugleich die Catholische Religion
im Schwang gehet. R. S. G. Tit. 1. §. wir wollen auch.)
eliguntur. Capitul. Leopold. §. wir wollen auch künfftig.
40. verb. und nicht allein aus unsern Untersassen /
Unterthanen und Vasallen / sondern mehrentheils
aus denen / so im Reich Teutscher Nation anderer
Orten geböhren und erzogen etc. besetzen und ver-
sehen.

CAPUT III.

De

Re- & Correferentibus,

nec non

referendi modò.

§. I.

Ilustres Consiliarii Cesaris Aulici, Acta non pro-
pria auctoritate, pro cuiusq; placitò, ad referendum
sumunt, sed Dominus Præses ea prudenter & obser-
vatò legitimò causarum ordine (R. S. D. Tit. 4. §. und
soll unser Præsident in Auftheilung / Vornhm- und
Erledigung der Sachen diese Ordnung halten / daß
nemlich etc.) inter eos distribuit, eòdem prorsus mo-
dò, prout in Camera Imperiali quoque observatur. R.
S. D. dict. tit. 4. pr. ibi: Die Auftheilung und Vorneh-
mung

mung der Geschäften und Sachen / wie auch die Benennung und Anordnung der Referenten / solle / wie an unsern Kayserlichen Cammer . Bericht gebräuchlich / bestehen / und ohne solche assignation und ausdrücklicher Anordnung solle keiner unsrer Reichs . Hofräthe ihme einige Supplication , geschweigens eine ganze Sachen vor sich selbst zu sich nehmen.

§. II. Cuilibet Referenti Correferens adjungitur , & in causis quidem inter Evangelicos & Catholicos , Re- & Correferentes ex utraq̃ue religione eliguntur. *R. H. D. d. Tit. 4. §. nicht allein. ibi :* und zwar / da die Sache beederseits Religions . Verwandten betreffen thäte / solche re - und correferenten auch von beederley Religions . Verwandten Räten ansehen.

§. III. Quomodo autem *relatio Actorum* fieri debeat , eleganter exponitur in *R. H. D. Tit. 5. in pr.* & accuratam methodum in relationibus observandam , tradidit *Besoldus* , ut & *Strymannus* in Referendariò suo. Nos paucissimis rem explicabimus , ne videamur in hoc negotiò nihil egisse. Quivis igitur relationem alicujus causæ in judiciò pendentis conscripturnus , *primò* integra Acta ad referendum ipsi tradita , à capite usque ad calcem , summâ cum attentione perlegit , in quâ perlectione duo inprimis principaliora attendit : unum *circâ processum* , alterum *circâ merita causa. circâ processum* considerat , an ille debitò juris ordine sit institutus , an verò in illò nullitas insanabilis sit commissa ? Illa verò contingit vel *in judice* , vel *in litigantibus* , vel *in substantialibus processibus*. In *judice* contingit , si ille non sit fundatus in jurisdictione quoad

ne quoad causam præsentem, & de jure in eâ causâ judex esse non possit. *Circa litigantes*, si illi legitimam personam standi in judiciò non habeant, i. e. agere & se defendere in judiciò prohibeantur, item si procuratorum non sit legitimus, sed falsus, aut non habeat sufficiens mandatum. *Circa substantialia processus* Referens animadvertit: 1. an reus legitimè sit citatus? 2. an libellus ritè conceptus, in judiciò productus ac desuper lis contestata? 3. an legitimè in causâ sit conclusum. Item observat, an exhibitorum procuratorum aliorumque documentorum recognitio facta; si enim nondum facta, ea priùs per sententiam injungenda, antequam ad aliam sententiam progressus fiat. His circa modum procedendi legitimè observatis, Referens rectâ viâ ad merita cause progreditur, ubi 1. *universam facti speciem seu casum*, ex integris Actis, præcipuè verò ex narratis & petitione Libelli investigat, cumque dilucidè, plenariè, breviter tamen, suis Collegis exponit; 2. post enarrationem casus, refert, *quam actionem instituta?* Nam juxta illam sententia formati debet. Atque si in libello certa actio non sit expressa, aut inde elici nequeat, ex narratis tamen libelli vel aliunde constet, Actorem diversis actionibus agere potuisse, illam eligit, quæ dictis narratis convenientior & actori utilior est. 3. Perpendit, *num instituta actionis omnia requisita non solum adsint, sed etiam an sufficienter sint probata?* Requisitò enim unicò deficiente, vel non sufficienter probatò, Reus ab institutâ actione absolvendus venit. quod intellige, si Actor illud planè probare non possit. Nam si forsan non probaverit, judex priùs Acto-

ri probationem injungere debet. 4. considerat, *an actio sic probata per exceptiones rei sit elisa?* h. e. an rei exceptiones sint relevantes, (i. e. an habeant in se vim removendi actionem) & an sint sufficienter probatae? Et hoc casu referens diligenter confert Actoris & Rei rationes, probationes juriumque allegationes, seu partium disputationes, uter eorum melioribus ac firmiter rationibus probationibusque nitatur? 4. Tandem referens exponit, *quid in causa pronuntiandum*, & quomodo forma sententiae sit concipienda. 5. Atque postremo memorat, *utrum expensae ex justis causis compensanda*, an verò *alterutra pars in eas sit condemnanda?*

§. IV. Quod si lis per *appellationem* sit devoluta, sequens plerunque modus & forma observari solet. Nimirum *primò omnium* Referens considerat, an procuratores habeant sufficientia mandata? 2. an *jurisdictio* ejus, ad quem appellatum, sit fundata? 3. an *formalia* appellationis interponendae & introducendae sint observata? quae partim ex instrumentò appellationis, partim ex *protocollis* desumit. Relatis *formalibus* *statum causa* ex actis primae instantiae refert. *Quartò* observat, an juxta naturam *beneficii* appellationis appellans plus deduxerit & nova allegarit, & *an illa nova causa sint relevantes*, ut ex iis prima sententia reformari debeat? quod ex gravaminibus, eorumque deductionibus facile dijudicare potest. Demum post collationem jurium partium Referens sententiam suam, *quid pronuntiandum sit*, exponit.

CAP.

CAPUT IV.

De

Relatione Actorum

in judiciò.

§. I.

HAtenus de *modò referendi*, seu conficiendi relationem Actorum. Jàm de *ipso actu referendi in judiciò.*

In Camera Imperii, Serenissimus Dominus Judex, (si præsens est) atque perillustres Domini Præsides atque Adfessores singulis diebus (nisi dies feriatu incidat) horis matutinis in locò Consilii (in der Raht- Stube) convenire solent; ubi augustum hoc Collegium pro maturandis causarum deliberationibus in quatuor *Senatus* se dispescit, duobus in hoc conclavi manentibus, duobus in aliud (die Visitation- Stube) secedentibus. In uno *Senatu* ad preces seu supplicas partium decreta concipiuntur, & processus vel decernuntur vel denegantur; In reliquis tribus *Senatibus* relationes causarum auscultantur & examinantur, sententiæque formantur; in gravibus tamen causis, in plenò, hoc est, in confessu omnium, relationes ac decisiones fiunt, quemadmodum quoque ante publicationem sententiarum omnes sententiæ prius in plenò omnibus præleguntur.

§. II. In *Consiliò Aulicò* hæc omnia aliter. Conveniunt nimirum illustrissimus Dominus Præsides & Consilarii Imperiales Aulici (quatuor in septimanâ diebus, horis matutinis) in Palatiò Cæsaris in locò consuetò (in der

III 3

ge

gewöhnlichen Reichs-Hofraths-Stube) ubi Omnes uni
 eabulæ adsident, nec (nisi in levisimis causis,) in diversa
 Collegia aut Senatus segregantur. R. H. D. Tit. 1. §.
 Es sollen auch ibi: Uno solle auch unser Präsident/
 es were dann in gar geringen Sachen / Sie unsre Rät-
 the in keine absonderliche Collegia abtheilen. Nullus
 igitur ibi Senatus supplicationum, ut in Camerâ, sed
 omnes supplicationes aut memorialia in plenô con-
 fessu leguntur & decreta concipiuntur. R. H. D. Tit. 3.
 §. Wann nun. ibi: Dieselbe Memorialia / in welchen
 umb neue Proceß angesucht wird / im ersten Rath-
 Sitz ablesen lassen. Relationes quoque Actorum ab
 omnibus auscultantur, dein à Præside collectis votis,
 (secundum majora) sententiæ formantur, Secreta-
 rio in calamus dictantur, & publicè in Consiliô re-
 leguntur. R. H. D. Tit. 5. §. Den Schluß aber.

§. III. Proponuntur autem re- & correlatio-
 nes Actorum tam in Camerâ quàm in Consiliô Auli-
 cò, vel *in scriptò*, vel *vivâ voce*. In causis tamen de-
 finitivis ut plurimum *in scriptò*. Et expressè id dis-
 positum in R. H. D. tit. 4. §. so bald nun. *in fin.* ibi: so
 dann jede definitiv-Sache schriftlich re- und corre-
 ferirt werden. Ut autem temporis compendium in
 referendo habeatur, relationes non dictantur, sed
 tantùm leguntur. R. A. de anno 1654. §. Den modum re-
 ferendi. 143.

§. IV. Si quis autem Adfessorum recitatam re-
 lationem minus benè intellexit, aut prælectam obli-
 vioni tradidit, eam in Senatu perlustrare, actaque, si
 ejusdem cum referente Senatûs est, ad se informan-
 dum, domum secum portare fas est. R. A. de anno
 1654.

1654. §. und nach dem. 144. *in fine.* Idem in Confilió licitum est Aulicó. R. H. D. Tit. 5. §. Wo dann einer. ibi: Wo dann einer oder mehr von unsern Kayserl. Reichs-Hofrath nach geschehner Verlesung der Relation umb bessers Nachdenckens Willen dieselbe Schrifften Ihnen nach Haus auf eine kurze Zeit zu vergönnen / sich besser darinn zuersehen / begehren würde / daß solle Ihnen unser Præsident nach Ermessung und Gelegenheit der Sachen / doch in alle Wege / daß hierinnen kein unnötiger Aufzug gesucht etc. nit abschlagen / und davon solchem Rath alsdann etwas mehrers / wenigers oder gar was anders / dann referirt / und doch in den Actis begriffen / auch zur Substantz gehörig und bey der Decision in acht zunehmen noth were / befunden würde / solches solle ein ieder bey seinen Pflichten nit verschweigen / und nit allein in seinen Voto anziehen / sondern aus den Actis zeigen / und alsdann auch der ganze Reichs-Hofrath dasselbe in acht zunehmen verpflichtet seyn.

§. V. Re- & correlationes ab Auctoribus subscribuntur, & postquam vota super iis collecta sunt & sententia concepta, illæ in Camerâ Imperii Domino Judici vel ejus Vicario in cistâ custodiendæ porriguntur. R. A. de anno 1654. 2. Vorgehend dieses. 150. In Confilió Aulicó, ob signatæ actis adjunguntur, vel alió modó asservantur. R. H. D. Tit. 4. §. 10 bald nun. ibi: Es sollen auch die ganze re- und correlationes wohl verpactet / und jederzeit bey den Actis, oder sonstea wohl verwahrt / aufgehalten werden.

CAP.

Advocatis & Procuratoribus

Cameraribus,

nec non

Agentibus & Procuratoribus

Aulicis.

§. I.

Qui in supremis Imperii Rom. judiciis lites Germanorum Principum aliorumque Statuum, causarumque ambigua fata dirimunt, ac gloriosa vocis confisi munimine laborantium spem, vitam & posteros defendunt, eos non minus providere putamus Imperio, quam si praeliis ac vulneribus patriam parentesque salvarent. *arg. l. 14. C. de Advoc. divers. judic.* Eo elogiò Divi Imp. *Leo & Anthemius* ibi universum Advocatorum amplissimum ordinem commendant orbi, præprimis tamen id competere Nobilissimis Advocatis & Procuratoribus in Aula Cæsaris & Imperii Camerâ causas agentibus, nemo, opinor, negabit.

§. II. Est autem *advocare*, seu ut in jure communi dicitur *postulare*, idem ac, aliquid in judiciò, si-ve suo sive alienò nomine petere, seu, desiderium suum vel alterius apud eum, qui jurisdictioni præest, proponere, vel alterius desiderio contradicere, *secundum l. 1. ff. de postul.* Nam & qui contradicit, postulat aliquid, quia effectu petit, se à postulatione adversarii absol.

absolvi. *Procurare* propriè ad curam alienorum negotiorum refertur; & *Procuratores* dicuntur (intellige judiciales) qui pro aliò lites in iudiciò curant & persequuntur.

§. III. In Summis Imperii Consistoriis Procuratores desideria litigantium proponunt tam *vivà voce* (in Cameralibus audienciis, per Recessus orales) quàm *Scriptis*, eaque itidem vel ipsi consignant, vel ab aliis consignata accipiunt & producunt. Ple-
risq; tamen omnia Scripta & Producta ex Aulis Principum mit-
tuntur, vel etiam ab aliis Advocatis sive exteris sive incolis e-
laborata traduntur, quæ perlegere, emendare, stylo iudicii con-
formia reddere, & subscribere tenentur *Memorial. Jud. & Adfess.*
de anno 1557. §. die Advocaten. 14. R. S. D. Tit. 6. §. ein jedwedet
Parthey. ibi: so sollen die Agenten und Procuratores/ bey Ver-
meidung unausbleibender Straff/ dergleichen Producta zuvor
alles Fleisses revidiren, die befindende errores corrigiren, und
alsdann erst solche Schrifften gehöriger Orthen überreichen.
Jung. Tit. 7. §. Es soll auch hinführo. verb. Sie sey dann von des
ren Procuratorn und Agenten eigener Hand unterschrieben.

§. IV. Ut eò meliùs hæc intelligantur, observandum, in his
supremis Tribunalibus alios esse *Advocatos tantùm*, alios *Advo-*
catos & Procuratores simul. Non enim omnes Advocati sunt simul
Procuratores, omnes tamen Procuratores & Agentes sunt et-
iam Advocati. In *Camerâ Imperiali* in Procuratorem nemo reci-
pitur, nisi aliquandiu in *Camerâ* advocatus fuerit, sed in Advo-
catum quilibet, qui fiduciam suorum studiorum habet, licet
nunquam Procurator fuerit. Antequam autem in Advocatum
ordinarium quis recipiatur, specimen quoddam practicum in
Scriptis unâ cum supplicâ pro obtinendâ Advocaturâ Augusto
Camerali collegio exhibere debet, quod alicui Adfessorum ad
referendum & iudicium suum desuper exponendum traditur;
postmodum in consensu omnium vota colliguntur & novellus
advocatus vel rejicitur vel recipitur. si admittitur tunc à duobus
ad hoc deputatis Adfessoribus de nativitate, religione & studiis

ejus, necessaria exquiruntur, tandem in publicâ Audienciâ vel etiam Lectoriâ juxta formam in Ordinatione præscriptam jurat. Ubi Advocati munere per annum vel biennium laudabiliter defunctus est, si velit, supplicare potest *pro obtinenda Procuraturâ*, & ubi eam per Decretum obtinuit, publicè in Audienciâ juramentum Procuratorum Judici vel ejus Vicario præstat, & statim Procuratorum subsellia ingreditur, locum ultimum occupans.

§. V. *Agentes seu Procuratores Imperiales Aulici* similiter pro obtinendâ Procuraturâ seu Agentiâ ad Cæsarem supplicare debent, atq; in Consiliô Aulicô de supplicantis desiderio deliberari solet, admissus de nativitate, patriâ studiisque (*R. H. D. Tit. 7. princ. ibi: Von zweyen Reichs-Hofrâthen (so unser Præssident hierzu deputiren solle) ordentlich über Ihre Geburt/Heimath/Chelischen Verhaltens/und wo Sie studirt und practiciret*) examinatur, post juramentum in Ordinatione Consilii Aulici præscriptum in plenô confessu præstat, atque solenniter in Agentem Imperialem recipitur. *R. H. D. Tit. 7. von Aufnehmung der Advocaten, Procuratorn und Agenten. pr. & S. nach solchen. Item Tit. 3. in pr. ibi: Es sollen die geschworne und aufgenommene Agenten und Procuratores.* Alii enim in Aulâ Cæsaris sunt Advocati & Procuratores *jurati & ordinarii*, de quibus jam dicta intelligenda; *alii extraordinarii*, qui nimirum solum nomine Electorum aliorumq; Principum Imperii ibi commorantur, eorumq; causas tantum agunt. Cuilibet etenim Electori atque Principi aliive Statui permissum, peculiarem suum Agentem aut Procuratorem in Aulâ Cæsaris habere. *R. H. D. Tit. 7. §. Da auch ein Churfürst/ Fürst/ oder Stand des Reichs etc.* Atque ii Agentes, Advocati & Procuratores, quos *extraordinarios* vocare placet, neq; pro obtinendâ Procuraturâ ad Cæsarem supplicant, neque examinantur, nec juramentum Advocatis ordinariis in Ordinatione Consilii præscriptum præstant. Quòd si verò, consensu Domini sui seu Principalis, aliorum quoque & quorum-

cunq;

eunq; privatorum causas agere velint, & supplicare Cæsari pro eâ agentia debens, & juramentum solenne præstare.

§. V. Quoad numerum Procuratorum & Agentium Imperialium in *R. S. O. tit. 7. in pr.* dispositum est, ut supra 30. non recipiantur, *ibi; Deren Anzahl sich doch über 24. bis 30. nit zuerstrecken hat. pro arbitrio tamen Cæsaris numerum eum augeri posse, nullum est dubium. In Camera rã Advocatorum numerus arbitrarius; Procuratorum (qui tamen simul etiam Advocati sunt, uti supra dictum) juxta C. S. O. part. 1. tit. 18. ad 24. juxta Rec. Imper. de anno 1570. §. wiewohl auch leichtsam. 62. ad 30. limitatus quidem videtur, arbitrio tamen Judicis similiter relicto esse opinor. De personis Cancellariorum, aliisq; quæ tam in Camera quam in Aula Imperatoris negotiis judicialibus expediendis inserviunt, agere hîc supervacaneum putamus.*

CAPUT VI.

De Mandatis Procuratoriis.

§. I.

Procurator patrocinium causæ suscepturus, personam suam per sufficiens mandatum legitimare debet. Appellatur illud mandatum procuratorium, quia potestatem lites in judicio procurandi facit, *gerichtlicher Gewalt*; & est vel generale vel speciale. Generale, quod ad omnes causas præsentis & futuras; speciale, quod ad certam tantummodò causam directum est. Verùm specialia Procuratoria, licet in inferioribus judiciis ubiq; ferè sint in usu, in supremis Imperii Consistoriis, Aulicò & Camerali, hodiè eliminata, (casibus quibusdam exceptis, in quibus præter generale mandatum specialius quoq; exigi solet. *R. A. de anno 1654. §. und demnach. 101.*) & in omnibus causis generali mandatò Procurator instructus esse debet, *per d. R. I. quod satis etiam patet tam ex formulâ Procuratorii Cameralis, (quam reperire licet apud Roding. lib. 1. pandect. Cameral. tit. 29. §. 6) verb: Zu Vollführung unser an dem hochlöblichen Kayserlichen Camergerichte zu Speyer hievorigen / ihigen und zukünftigen Rechtsachen / gegen wem wir die haben und überkommen mögen; quam ex formulâ Procuratorii in Consiliò Aulicò usitati, (quæ videri potest in R. S. O. Ferd. 3. in fine) verb: in allen und jeden meinim am Kayserl. Reichs Hofrath activè und passivè hangenden Rechts Sachen.*

§. II Procurator igitur, si principalis sui nomine in judicio comparens mandatum tale generale ad personam suam legitimandam in

primò terminò produxit, in alià causà ejusdem Principalis nomine acturus, mandati originalis exemplum solàm exhibet, in cujus rubrò (ut iudex, ubi opus est, ad originale recurrere possit) signat, in quà causà, & quò annò & die, originale productum sit, hisce formalibus: *Hujus Originale ist einkommet / sive, productum est, in Sachenre. anno - - die - -* Et hæc subscriptio vocatur *signatura*, & exemplum illud *copia dicitur signata*, eine signirte Copey gemeinen habenden Gewalts. Vid. E. G. D. part. 3. Tit. 12. §. und so ein Procurator. 10. In Consiliò Aulicò *copia collationata*. R. H. D. Tit. 3. §. *gestalt auch*. ibi: es were denn Sache/das der Originals Beweis schon zuvor ad omnes causas were producirt worden/ auff welchen Fall es gnug ist / das ein solcher Gewalt von dem Registratore collationirter wiederumb producirt werde.

§ III. In Imperii *Camera* Procuratoria quoq; non tantùm in personam clientis, sed & heredum, item non tantùm in procuratorem ipsum, sed & casû, quò decederet, in substitutum concipienda sunt, ut itidem ex formalibus procuratorii *Cameralis* evidens est, verb. zu unsern/ und nach unsern Tod / unsrer Erben unswissenschaftlichen Rednern und Anwalde / den Edlen etc. N. N. und falls derselbe etwan frühzeitig mit Tode abginge / gleichfalls den Edlen etc. N. N. als dessen substituirten Anwalde / constituiret/ bestellet und benennet haben. Quæ formalia in Mandatò Procuratoriò in *Consiliò Aulicò* usitatò non inveniuntur, adeòq; patet, quòd in *Aulà Cesaris*, quoties casus accidat, ut vel pars ipsa vel ejus procurator moriantur, citatione ad reassumendum omninò opus sit. In *Camera* autem cùm omnia Procuratoria jam dictò modò per *Recessum Imper. 1654.* præscriptò concipiantur, ideò citationes ad reassumendum in omnibus causis post dictum *Recessum* introductis cessant, & si vel pars ipsa vel procurator ejus moriantur, pars adversa contra heredes vel substitutum procuratoris demortui *Processum* continuat, procurator tamen cliente mortuò intra tres menses heredes nominare debet. per R. 1. de anno 1654. §. damit auch. 99. In causis tamen antiquis (antè dictum *Recessum* nimirum introductis, in quibus talia mandata non exhibita) per mortem partium vel procuratorum desertis, causam reassumiturus citatione ad reassumendum adhuc opus habet, quæ vel *extrajudicialiter* per supplicam, vel *judicialiter* in publicâ audientiâ per *Recessum* oralem rogatur, & à iudice seu ejus Vicariò in continenti per acclamationem: *Erkennt:* decernitur; cujusmodi decreta extemporanea sæpius *Spiræ* audivimus, in audientiis publicis.

F I N I S.

94 A 7350


ULB Halle 3
000 963 828




56

VD 17







42

DISCURSUS
De
Supremis in Imperiò R. Judiciis,
AULICO
ET
CAMERALI,
in quibus ea inter se
vel differant vel conveniant.

AUCTORE
JOHANNE ANDREA *Berhard* / D.
S. Cæs. Pal. Com. Consil. Anhalt.



JENÆ, Typis & Sumtibus JOH. JAC. BAUHOFFERI,
ANNO M. DC. LXIV.

13

